



De abroganda missa privata Martini Lutheri sententia.

<https://hdl.handle.net/1874/429983>

pe

8



DE ABRO
GANDA MISSA PR
VATA MARTINI
LVTHERI SEN
TENTIA.

Leorugiet, quis non timebit
 Amos.



1519

Cœnobij Vuittembergeñ. Gratiam &
pacem Christi.

Occasio hu-
ius cõmen-
tarij.

SIGNIFICATVM est mihi, Fratres cariss. & literis
& uerbis amicorũ, cepisse uos primos omniũ, in uestra cõ-
gregatione ab usum illũ missarũ, quas uocant, abrogare.
Quæ res etsi gaudio non mediocri me affecit, ut qui hoc
argumẽto cognoscam, nõ esse in uobis uerbũ Christi ociosum,
tñ, ut nihil satis facit pia charitas, mixto timore sollicitari cepl,
ne forte nõ oēs pari constantia, & libera cõscientia, arduã hanc
rem tentetis. Vt enim omittam, quæ indies molunt pontifices
idolorũ, & sacerdotes Baal, ad terrendos infirmos fide, dũ alius
erigit foedas indulgentiarũ bullas, & fraternitatũ ludibria, alius
sacerdotes cõiugatos captiuat, alius alia monstra parit, nullus
aut non pessima alit. Quid hoc putabitis fore, qd præ oibus ho-
minibus in mundo pessime estis audituri, ut qui omnia, tã pau-
ci, diuina & humana ausi sitis innouare? Quæ sacrilegia? quæ
flagitia? quæ scelera nõ iactabunt in, uos etiam ij, qui sibi & alijs
graues, prudentes, pñq; uident? Magnũ est, certe tot seculorũ
consuetudini, tantæ multitudinis sensui, tantorũq; auctoritatũ
reluctari, & eorũ murmura, opprobria, iudicia surdis auribus
præterire, & quandã inuictam Scyllam, his latratibus, procellis,
uentis, non aliquando quieturis obiectare. Si estis ædificati su-
pra firmã petrã, sat scio, frustra fluturos hos uentos, frustra im-
petum factura hæc flumina. Quod si supra arenam statis, quã-
ta uobis, obsecro, impendet ruina? Accedit ad hæc, quod ego qd
tidie in me ipso experior, quã difficile sit conscientia longo im-
pietatis usu uexatam, ad sanam pietatis scientia reuocare, & in-
firmatẽ eius sanare. Quot, rogo, medicamentis? quã robusta
resina Galaad, quã potentibus & euidentibus scripturis meam
ipsius conscientia, uix dum stabiliui, ut auderem unus contradi-
cere Papæ, & credere, eũ esse Antichristũ, Episcopus esse eius

Difficile eõ-
scientia a p-
sumptis opi-
niõibus uin-
dicare.

apostolos. Academias esse eius supanaria: Quoties mihi palpita-
uit tremulū cor, & reprehendens obtecit eorum fortissimū &
unicum argumentū. Tu solus sapiſ? Tot ne errant uniuersi?
tanta secula ignorauerunt? Quid si tu erres, & tot tecū in erro-
rē trahas, damnandos æternaliter? Et tandem confirmauit me
uerbis suis certis & fidelibus Christus, ut iam nec tremat, nec
palpet, sed insultet cor meū his papisticis argumentis, nō aliter
atq; tutissimū littus, minaces & tumidas procellas ridet. Hac &
experientia & cogitatione eū mouerer, consiliū mihi fuit, hanc
ad uos epistolā mittere, ad firmandos & cōsolandos eos, qui for-
te inter uos adhuc infirmi, impetū terrentis aduersarij, & trepi-
dantis conscientiaē ferre nequeunt. Ea enī certitudine & fidu-
cia tentandū est, qđ pręstitulistis, ut nō modo totius mundi iudi-
cia, pro folijs leuibus & summis aristis habeamus, sed & arma-
simus in morte, aduersus portas inferi, quin etiā aduersus iudi-
cium tentantis dei pugnare, & cum Iacob contra deū preualere.
Mundi enim uoces oclusis auribus, utcūq; etiam infirmiores
contemnere possunt. At cōscientiā quis occludet, ne Satanam,
ne iudiciū dei sentiat? Mundus nos insanos & improbos tantū
sonabit, nō faciet. At cōscientia infinitis modis damnatos faci-
et, nisi uerbo dei certo, potenti & salutarī fuerit undiq; munita,
hoc est, supra petrā ædificata. Hęc est illa certitudo infallibilis,
quā quærimus. Pergemus itaq; in missas istas priuatas, singula
rem tractatū edere, profuturū & alijs, qui uolent. Video enim
ea, quę antea scripli, resistentibus idolorū episcopis, nō satis mo-
uere, ut toties repetendū erigendūq; sit uerbū ueritatis, quoties
illi papyri carnifices damnant & opprimunt. Rogemus autē do-
minū, ut mittet operarios in messem suā, & angelos suos, q; col-
ligant de regno eius oīa scandala. Multa enim sunt ualde, sed
nunc nobis unū istud insigne petif, qđ si tulerimus, nō unū tu-
lerimus, cū sit ferme caput omniū. Dñs Iesus confortet & con-
seruet sensus & corda uestra in fide non ficta, & caritate
nō simulata. Amen. **E**x Eremo, die omniū
sanctorum. M. D. XXI.

Conscientia
obfirmanda
uerbo dei cō-
tra portas
inferi.

PROTESTATIO.



PROTESTOR imprimis aduersus eos, qui in sanis uocibus in me sunt clamaturi, qd contra ritū ecclesiæ, contra statuta patrū, contra probatas legēdas, & receptissimum usum docuerim, horū nihil me auditurum. Deniq; nec principia illa fidei Parrhisiēsis lupanaris, quæ sunt opinioniones hominum, seu ut Petrus

Secta perdi-
tionis.

uocat. ij. Pet. ij. *αἰρέσεις ἀπωλείας*, huius flocci facturus sum. si em̄ uel horam lucidi interualli. haberet lunaticus eorū morbus, alia quando certe uiderent, cū his om̄ibus nitunt̄, citra uerbum dei, non diuina, sed humana dūtaxat se niti autoritate. At humanis solis niti in re diuina, & causa pietatis, ut scripturæ omittam testimonia, ipse hominū cōmunis sensus recte damnat. Diuina em̄, secūdū diuina duntaxat eloquia geri, & uolunt, & debēt, ut uel unus Moses in Deuteronomio locupletissime testat̄. Quid ergo est, ut me sperent, suis proprijs, id est, humanis testimonijs auellere a diuinis? An fingūt obscurum sibijs plis esse, sanctos, & peccasse in uita, & errasse in doctrina sepissime? Si aut̄ peccauerunt & errauerunt sepissime, quis furor est, eorum facta & dicta pro diuinis & infallibilibus regulis pietatis statuere? Nonne & eorū ius alioqui summa iniuria, suspectā facit eiusmodi autoritatē, cū dicit, Semel malus, semper præsumit̄ malus? Quis em̄ nos certos faciet, in q̄ non errauerint patres, q̄s sepissime tu ipse errasse cōfiteris, si eorum autoritas satis est, nec licet eam superiore autoritate diuini eloquij iudicare? At ipsi elucidauerunt eloquia diuina? Quis & hoc ita esse probauit? Quid si non minus errauerunt elucidando, quam uiuēdo & docendo? Omnia nostra adhuc humana facis, hac ratione, ut cum Cicerone tibi dicere possim, Fingebat hæc Homerus, humana transferens ad deos, diuina mallem ad nos, ita & tu ex hominibus deos nobis facis, & uerbo dei, uerba hominum cōparas perniciosissime.

Sanctorū ex-
empla & do-
ctrina peri-
culosa.

Proinde sciant insani sophistæ, indocti pontifices, impij sacerdotes, sacrilegi monachi, & totus Papa, cum suis squamis lue-

3.

panaribus, lucis, excelsis uniuersis, nos nō esse baptifatos, neq̄
credētes in noīe Augustini, Bernhadi, Gregorij, nec in nomi-
ne Petri nec Pauli, nec in noīe alme facultatis theologiae Parrhi-
senses sodomae, aut Louaniensis gomorre, cū suis sorbis, sed in
nomine solius Iesu Christi, quē solū confitemur & magistrū no-
strū, & pro nobis crucifixū. Siquidē Paulus nec sibi ipsi, nec an-
gelo de coelo credi uult, nisi Christus in ipso uixerit, & locutus
fuerit. Scimus qd patres, quid decreta, qd usus, qd uulgi opinio
habeant. Nec est opus nobis Parrhisienū magisterio nostralissi-
mo, quod nos aedita aliqua magistralissima determinatione do-
ceat, & dicat, Hęc ppositio est scādaloſa, est cōtra almas faculta-
tes, est cōtra principia fidei, & reliqua, quę pueri isti & effœmi-
nati, imo trunci & stipites iactare sola nouerūt. Non audimus,
Bernhardus sic uixit & scripsit, sed Bernhardus sic uiuere et scri-
bere debuit, iuxta scripturas. Non querit, ut sancti uixerūt aut
dixerūt, q̄s scimus, seruatos esse, p̄ illud orationis dñice, Dimittē
te nobis debita nostra, iuxta regulā oīmbus sanctis cōmunem.
psal. xxxi. Pro hac orabit ad te oīnis sanctus in tēpore opportu-
no, ne forte pro ueritate & iusticia amplectamur, qd illi per ora-
tionem meruerūt ignosci sibi, ut culpā & errorē, ut faciunt Papi-
ste, dū iuxta psal. lxi. irruūt in hoīem, & interficiūt seipsos uni-
uersos, super parietē inclinātū, & macerīe eiectā, cū hūc eleuare
cogitāt, ut eiectiones statuāt, affectantes mēdaciū &c. ut He-
braeus habet, cū in solo deo nitendū esse toties idem psalmus in-
geminet, Non, inquā, querit, ut sancti uixerint aut dixerint, sed
ut uiuendū scriptura dicit. Non de facto, sed de iure quæstio
nobis est, sancti errare potuerūt docendo, & peccare uiuendo,
Scriptura errare non potest docendo, nec credēs illi, peccare po-
test uiuendo. Sanctos acceptamus, sed q̄rū gloria non ex homi-
nibus, imo ex deo est, quos non Papa canonifat, & probat, sed
quos deus cōmēdat. Ipsius em̄ tauri & altilia occisa, parata sunt
ad nuptias Christi, filij sui, hoc est, quorū dicta & facta, & quate-
nus nobis diuina scriptura cōmēdat, ut sunt patriarchæ, pro-
phete, & apostoli, quibus solis fideliter et nitimur, et seruamur.

P R I M A P A R S .

PAPA ingressurus suas decretales, dicit, Translato sacerdotio, necesse est, ut & legis translatio fiat. q̄ uerbo, si quis dubitaret, ius illud magnificū & sanctissimū legū condendarū, & arrogat & monstrat, qua fide & synceritate, nullas non tractat scripturæ authoritates, δ̄ ἀντιθέτους ille dei. Vult enī huius dicti, eū esse sensū, q̄d Christus ascendens in cœlū, transfulerit sacerdotiū suū in Petrū, Petrus deinde in Papā, & Papa in suū quisq; successorē. Hinc cū habeant sacerdotiū in sese translātū, & sacerdotij sit, legem docere, cōcludit, penes se esse, & ius dicendi leges. Tali scilicet exordio dignus fuit iste liber, istius authoris. Hoc niti fundamento debuit istud sacerdotiū, & eius generis leges. Cæterū, si spectes diuinū consiliū, quo solet Balaamos et Caiphas istos potenter cōfundere, intelliges, hoc proœmio coactū esse Satanā, ut imprudenter proderet, q̄d esset facturus per Papā, & leges eius, in mundo. Sicut enī Caiphas, ita et Papa hic uerissimā ueritatē locutus est, sed nō ex aīo. Vere enī & sacerdotiū Christi, & legē eius uolebat transferre, p̄fecit demiq; & transiulit, & prorsus euacuauit, ut iā nō Christus sit sacerdos, sed Papa, nec lex Christi nos dirigat, sed leges Papæ, id est horrenda peruersitate abominatio fiat in loco sancto, et p̄ Christo, rege ueritatis, regnat sup nos idolū mēda cīj, et operatio erroris. Prorsus abunde p̄stitit Papæ abominatio, quæ hoc proœmio p̄misit. Atq; de legis translatiōe suo loco uidebimus, simul uisuri principia illa fidei lupanariū illorū, quæ se scholas Christianas mentiunt̄. De translato sacerdotio, quando hoc ad institutū proxime pertinet, primū uideamus.

Quale sacerdotiū noui testamenti.

Certus esto, nec ulla persuasione falli te sinas, quisquis esse uoles pure Christianus, nullum esse in nouo testamento sacerdotium uisibile & externum, nisi quod humanis mendacijs est per Satanam erectū. Vnū uero & solum est nobis sacerdotiū Christi, quo ipse obtulit sese pro nobis, et nos omnes secū. De quo Petrus dicit. i. Petri. iij. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, ut nos offerret deo, mortifica-

Q̄ solus Iesus est sacerdos nr: et omes veri christiani in ipso Iesu Christo sūt sacerdotes.

2.

tus quidem carne, uiuificatus autē spiritu. Et Heb. x. Vna enī oblatione cōsummauit in sempiternū sanctificatos. Hoc sacerdotiū spirituale est, & omnibus Christianis cōmune. Oēs enim eodē, quo Christus sacerdotio, sacerdotes sumus, qui Christiani, id est, filij Christi summi sacerdotis sumus. Neq; nobis ullo prorsus alio sacerdote & mediatore opus est, præter Christum. Cū oīs sacerdos in hoc assumat, teste Apostolo Heb. v. ut p populo oret, & populū doceat. At Christianus quisq; per se ipsum orat in Christo, habens per ipsum, ut Ro. v. dicit, accessum ad deū. Sicut promisit Isaię, lxv. Eritq; antequā clament, ego exaudiam, adhuc illis loquentibus, ego audia. Sic et per se ipsos a deo docent, promittente Isaię, liiij. Et dabo uniuersos filios tuos doctos a dño. Et Hiere. xxxi. Non docebit unusquisq; fratrem suū, & unusquisq; proximū suū, dicens, Cognosce dominū. Oēs enim scient me, a minore usq; ad maximū. Et Isaias. xi. dicit, Repleta est terra scientia dñi, sicut aque maris operiētis. Hinc Christus Ioan. vi. appellat eos *depo didaktous*. Est scriptū in prophetis, Et erunt oēs docibiles dei. Hæc testimonia plane euacuant sacerdotiū uisibile, dum & orationem & accessum ad deū, & doctrinā omnibus cōmunem faciunt, quæ certe sacerdotū propria est. Quid enī opus est sacerdote, dū nō est opus mediatore & doctore? An sacerdotē sine opere constituemus? At mediator & doctor Christianorū, præter Christū nullus est. Quin ipsi per se accedunt a deo docti, deinceps mediare & docere potentes, eos qui nondū sacerdotes, id est, nondū Christiani sunt. Atq; ita sacerdotiū noui testamenti prorsus sine personarū respectu regnat cōmuniter in oībus spiritu solo. Sicut dicit Gal. v. In Christo Iesu nō est Iudæus, non est græcus, nō est masculus, non est femina, non est dominus, non est seruus, sed omnes uos unum estis in Christo.

Sed pergamus in frontes meretricias lupanarium istorū colligere testimonia, quibus sacerdotiū noui testamenti statuitur, ut opilemus et obmutescere faciamus os impudentiū hominū istorum. Primus adest Petrus. i. Pet. ij. Deponentes igit omne

De noui
testamenti
sacerdotio.

1. pet. 2.

Aporf. 5.
et 22.

Sacerdotes
nō uocari a
scriptura ra-
tos illos.

dolum, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones, sicut modo geniti infantes, lac rationabile, & sine dolo concupiscite, ut per ipsum crescatis in salutem, si tamen gustastis, quoniam dulcis est dominus. Ad quē accedentes, lapidem uiuū, ab hominibus quidem reprobatū, a deo autē electū & honorificatū, & ipsi tanquam uiui lapides superædificamini IN SACERDOTIUM SANCTUM. OFFERENTES SPIRITUALES HOSTIAS. ACCEPTABILES DEO PER IHESUM CHRISTUM. Et infra, Vos autem genus electū, REGALE SACERDOTIUM, gens sancta, populus acquisitionis, ut uirtutes annuntietis eius, qui uos uocauit de tenebris in admirabile lumē. Alterū est testimoniū Apoca. v. Fecisti nos deo nostro reges & sacerdotes, & regnabimus super terram. Tertium Apoc. xxij. In his secunda mors non habebit potestatem. Sed erūt sacerdotes dei & Christi eius, & regnabunt cū eo mille annis. Quāuis autē liber Apo. ueterū calculo, nō sit plenæ auctoritatis in contentione, tñ uisum est aduersarijs, etiā ex ipso testimonia opponere, in quibus certū est, uerba fieri de omnibus Christianis, eosque sacerdotes et reges appellari. Quid de uisibilibus rebus intelligi nō potest, ita nec de uisibilibus sacerdotibus intelligi, ipsa uniuersitas Christianorū permittit. Atque præter hæc tria testimonia nihil in uniuerso testamento nouo inueniūt, quod sacerdotū ex noīe meminerit. Vnde hic antequā plura afferamus, parumper insultemus portētis & idolis istis mundi, Pape, & suis sacerdotibus. Agite, uos egregij sacerdotes, producite nobis unū iota aut apicem ex uniuersis euangelijs & epistolis apostolorū, uos esse aut dici debere sacerdotes præ cæteris, aut ordinē uerū esse sacerdotiū, diuersum a cōmuni Christianorū sacerdotio. Quin producitis? Auditis ne surdæ imagines? Ite ad Parrhisiensis quæso, qui pro scripturæ testimonijs ponēt suum magistrale sentimentum, Hæc propositio est hæretica, & ordinis sacerdotali contumeliosa, tum hoc sentimentum esto uobis principium fidei. Vnde ergo habemus uos idolorum sacerdotes? Cur nomen cōmune aufertis nobis & uobis arrogatis?

Nonne sacrilegi estis & blasphemī in uniuersam dei ecclesiā, q̄
noīe sancto & cōmuni uiolenter alijs ablato ab utimini, nō nisi
ad tyrannidem & pompam auaritiæ & libidinis uestre? Iterum
dico, Idola mūdi, unde uos habemus sacerdotes? Proferte testi-
moniū pro uobis, uos onera intollerabilia orbis terrarū. Sacer-
dotes non estis, & sacerdotes uos ipsos appellatis. Videtis quid
mereamini, insignes uos raptores & hypocritæ.

Sed hic prodit mihi memoria Venerabilem sacerdotē dñi, id **EMSER.**
est, sacerdotē Baal. Est enī Baal hebraice, q̄d dñs latine, qui uer-
nacula contra me scripsit, uir, ut asininā eius inscitā sileam, tam
impudens ad mentiendū, tā uirulentus ad maledicendū, ut nul-
lo operi mihi idoneus uideat̄, quā ut pro Papa & sacerdotibus
eius scribat. Hic igit̄ uir, nō passurus hāc insultationē in uene-
rabilē ordinem sacerdotū, quid dicat, audite quæso, Petri (in q̄t)
testimoniū, de duplici sacerdotio intelligit̄. De spirituali, q̄ oēs
Christiani sunt sacerdotes, et de uisibili, quo tantū uncti & rasi,
id est, cōsecrati, sacerdotes uocant̄. Quare sacerdotalis iste ordo
rasorū & unctorū, utiq; de scripturis habet authoritatē. Hęc il-
le, & quidem digne. Hic ego uobis gratulaturus, quæro, ad q̄s
nā Petrus loquat̄ eo loco. Nonne ad oēs Christianos? dū iubet,
ut rationale & syncerū lac cupiant, et in eo crescant in salutē?
Nonne oībus hoc crescere in salutē cōpetit? Deinde super Chri-
stū edificari in sacerdotiū sanctū, nonne oībus conuenit? At dis-
cernit etiā sanctū sacerdotiū, a sacerdotio nō sancto. Quis uero
ignorat, sacerdotes papisticos, magna ex parte nō sanctos esse?
Cū ergo nemo possit negare, uerba Petri ad oēs Christianos di-
ci, & in ipsis etiā intelligendū est rasorum & unctorū sacerdoti-
um, ut ille sacerdos domini pro uobis contendit, confectum est,
Omnes sanctas mulieres & pueros, esse rasos & unctos sacerdo-
tes. Siquidem uerba Petri cōmunia oībus, de quocūq; sacerdo-
tio intelligas, cōmune eiusmodi sacerdotiū facient. O dignum
& festiuū patronum rasorum & oleatorū idolorum.

Hic igitur primus sit impetus noster, in laruale Papistarum
& fictitiū sacerdotiū, qui quid ualeat & operetur, pius & spi-

Vt Papisticū
cū sacerdoti
um, ita leges
Papisticas
fabulas esse.

ritualis iudicet lector. Arbitror em̄ hic ruere & iacere, uniuersā
illam Missarum papisticarū pompam. Si enim sacerdotiū hoc,
nihil est, sicuti monstrauimus euidenter, necesse est, & legē eius
nihil eē. Translato enī sacerdotio, necesse ē, ut et legis trāslatio
fiat. Si autē sacerdotiū & lex nihil est, prorsus multo minus sacri-
ficia & opera eius aliquid sunt, quæ scđm legem per sacerdotiū
fieri debent. Quid ergo hinc sequit̄? scilicet leges Papæ esse fi-
gmēta & mendacia, tum sacerdotiū eius esse idolum & laruam.
Missas uero quas sacrificia uocant, esse summā idolatriā & im-
pietate. Dubitat adhuc in his quispiā? Probatū est enim, in scri-
pturis hoc sacerdotiū non haberi. At quod in scripturis non ha-
bet, hoc plane Satanæ additamentū est. Nemo enim hoīs testa-
mentū superordinat aut spernit, authore Paulo ad Gal. iij. Mul-
to magis testamentū dei, neq; spernere, neq; superordinare li-
cet. At hoc sacerdotiū Papæ cū suis Missis esse superordinatū,
irrefragabiliter conuictū est. Quare cōcludimus constanti fidu-
cia, missarum usum, sacrificiorū nōte, et sacerdotū titulo tenere,
idē esse, qđ negare Christū, & transferre eius sacerdotiū cū uni-
uersa lege eius. Atq; huc uocari debent oīa ea, quibus cautū est
per spiritū, ne uerbis dei quicquā detrahatur uel addat, ut illud
Prouer. xxx. Ois sermo dei ignitus clypeus est sperantibus in
se. Ne addas quicquā uerbis eius, & arguaris, inueniarisq; men-
dax. Et Deutero. iij. Nō addetis ad uerbū, quod uobis loquor,
nec auferetis ex eo. Et, i. Pet. iij. Si quis loquit̄, quasi sermones
dei. Et quid opus est oīa recensere, quæ prophetæ, Christus, &
Apostoli dicunt in studia, opera, doctrinas, & traditiones homi-
nū? Satis constat Ioan. viij. Qui ex deo est, uerba dei audit. Et
Ioan. iij. Qui de terra est, de terra loquitur.

Obsirmāda
conscientia
cōtra Popu-
laria argu-
menta.

Certus autē sum, ubi talia audierit imbecillior cōscientia, sic
mulq; intenderit, in copiosissimā illā multitudinē monasteriorū
& templorū, in qbus q̄tidie infinitæ missæ habent̄, egre creditu-
ra sit, tantā turbam quottidie perire, & tot peccatis mundum
oppleri, cū uulgo citra oēm controuersiā persuasissimū sit, oēs
homines, illorū missis iuuari, atq; adeo meritis & pietate ipsorū

sola, mundū haecenus durasse. Incredibile em̄ uidetur, sic de-
 lectū esse orbē totū a deo. Sed quid facies? Scriptura diuina sic
 definit, cui credendū est, etiā si totus mundus, & oēs angeli, uel
 perirent, uel aliter docerēt. Definitū est inquā a deo ipso, sacer-
 dotiū istud missariū, nō esse diuinitus institutū. Nunquid mun-
 do plus credes quā deo? aut nō est deus maior mundo? Nonne
 p̄dictū est, nouissima tēpora, fore tempora irę, & tempora peri-
 culosa, in quibus operatio erroris totū mundū occuparet, ut es-
 lecti etiā capi possint, & uix fidē sese inuenturū predicat? Putas
 hæc uerba esse leuia, & cōuenire posse cū perdita illa securitate,
 qua sine timore uiuimus, quasi nihil ad nos ista pertineant? ut
 antea impleamus ea, quā cognoscamus, sicut Iudæi propheta-
 rū uoces impleuerunt, eadem securitate, antequā cognoscerēt
 Christū crucifigentes. Firmanda itaq; est conscientia aduersus
 ista obiecta, & uerbis diuinis cōstanter adhærendū, quæ docēt
 Sacerdotiū missaticū esse nihil corā deo, ut uideas in hac nouis-
 sima p̄secutiōe ecclesiæ, cui similis neq; fuit, neq; futura est, irā
 & patientiā, diuina maiestate dignā, utrāq; in estimabilē. Inesti-
 mabile est em̄, tantū impietatis abusū q̄tidiē a deo ferri, p̄ totū
 orbē, in sacratissimo et saluberrimo mysterio corporis & sangui-
 nis filij sui, scilicet ultimis diebus hæc patientiā reseruauit. Ita &
 inestimabile est, tantū turbarū q̄tidiē perdi, & hanc q̄q; irā ulti-
 mis diebus p̄parauit, ad inchoandā irā illā eternā instantis iudis-
 cij. Et heu nos nouissimi & miserissimi, adhuc secure agimus, &
 deū placare, alijsq; nobiscū mereri coelū, pmittimus, tantis im-
 pietatis nouissimæ execramētis. Horribilia sunt q̄ loquor, utinā
 mētiar, sed nimis uera sunt. Stat em̄ irrefragabilis sm̄a, sacerdo-
 tes uisibiles, & a laicis diuersos, in nouo testamento nullos esse
 posse, q̄ aut sunt, siq; testimonio scripturarū, si neq; uocatiōe dei
 eēt. Hoc qd̄ ē aliud, q̄ ex diabolo eēt? Nemo em̄ assumit sibi hono-
 rē, sed q̄ uocata a deo, sicut Aarō. Heb. v. Quid igit̄ cōsiliū superest
 sacerdotib; eiusmodi, nisi ut q̄primū resipiscāt, et poeniteāt, mis-
 sis abstineāt, & rursus laici fiāt, aut missas legitimo usu facere di-
 scāt, q̄ ex uoragine illa irę dei sese recipiāt, q̄ ad fieri pōt celerre,

Huc Christi-
 ane Lector
 defige oculos
 atq; animū.

Eligant itaq; nunc insani sophistæ & Papistæ, utrum uelint, aut
monstrent suū sacerdotium e scripturis, aut fateantur, sese nihil
aliud quam diabolilaruas, & idola perditionis esse. Quod enim
e scripturis auctoritatem non habet, manifestissimū est, ex dia-
bolo esse. Omnia em̄ dei opera in scripturis sanctis prodita sunt,
tum ea maxime, quæ ad pietatem sui pertinent, quæ fidelissime
in ea ordinata sunt, ut nulla sit reliq̄ excusatio aut tergiuersatio.

Ecclesie or-
dinatio un-
de.

Quod uero dicūt (quæ ab ecclesia fiūt & ordinant, a deo fieri
& ordinari, cuius spiritū ecclesia habet, proinde sacerdotes mis-
siles ex diabolo nō esse posse) frustra dicunt. Quis em̄ ecclesiam
illā nobis mōstrabit, cū sit occulta in spiritu, & solū credat̄, sicut
dicimus, Credo ecclesiā sanctam. Pontifices uero & doctores,
hoc genus sacerdotiū instituerūt, quos etiā si sancti fuissent, q̄
certos nos faciet, non errasse in eo instituto? Nunc cū & mani-
feste impij instituerunt & docuerunt, quomō erit tuta consci-
entia, esse ab ecclesia institutū? Hoc uero urget multo maxime,
q̄d pia cōscientia nouit, nec dubitat, Ecclesiā nihil statuere aut
ordinare citra, aut ultra uerbū dei. Quæ aut̄ hoc tentat, ecclesia
nō est, sed fingit se ecclesiā esse, sicut dicit Christus Ioan. x. *Oues*
meæ uocem meam audiunt: Vocem autem alienorum non au-
diunt, sed fugiunt ab eis, quia non nouerunt uocem alienorū.
Non enim uerbum dei est, quia ecclesia dicit, sed quia uerbum
dicitur, ideo ecclesia est. Ipsa non facit uerbū, sed fit uerbo. Ideo
signum, quo cognoscitur certissimum, ubi ecclesia sit, est uerbū
dei, ut primum obseruandum sit uerbum, sicut euidenter pro-
bat Paulus. i. Corint. xiiij. ubi dicit, infidelem cadere in faciē, &
pronuntiare, q̄ uere deus in eis sit, ex eo quod audiat eos pro-
phetantes. Non ergo ecclesia, sed uerbum dei eum mouebit,
quo conuincitur & iudicatur, & occulta cordis eius manifesta fi-
unt, ut ibidē dicit. Non utiq; dicit Paulus, quod infidelis cadat,
& confiteatur eos prophetare, quia sciat deum uere in eis esse.
Vnde enim hoc sciret? Ita & nos, unde sciemus, ubi sit Ecclesia,
nisi audierimus prophetiam eius, & testimonium spiritus? Cer-
tum est quidē Ecclesiam & eos in quibus uere deus habitat, pro-

De ecclesia
sancta /
credibili-
muisibili.

Locus i. Co-
rinth. xiiii.
pulcherrimē
tractatus.

De certissimo sumo: q̄ cognoscit̄ / ubi sit sancta
Christi ecclesia.

phetare. Sed incertum est, ubi sit ea Ecclesia, que prophetare potest, nisi prophetet. Igitur, quod sine uerbo dei ordinatur, non ab Ecclesia, sed a synagoga satanæ, sub Ecclesiæ nomine ordinatur.

Hæc satis sint, ad primū impetum. Paremus & alterum æque fortem, et pergamus, testimonia adducere de sacerdotio noui testamenti, & eius officio. Paulus Rom. xij. Obsecro uos per misericordiam dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam sanctam uiuentem, placentem deo, rationabile obsequiū uestrū. Hic negare nemo potest, quin sacerdotale officiū describat, quod est offerre, seu exhibere hostiam & rationabilem cultum, hoc est, ut non peccora irrationalia, sicut legis sacerdotes, sed seipsos offerant. Quare hic locus sacerdotes facit. At communiter omnibus Christianis dicitur. Omnes enim sua corpora offerre debent deo in hostiā sanctā & rationale sacrificiū. Potes hic obstrepere misera Papelecta. Habemus ergo hoc loco, Pauli autoritate, non solum quod sit sacerdotium, & qui sacerdotes noui testamenti, sed & quod sit eorum officium & sacrificiū, nempe seipsos mortificare & offerre in hostiā sanctam. Quo uerbo simul uniuersa legis sacrificia mystice interpretatur. Sic enim Christus summus sacerdos, prior sese sacrificauit, factus omnibus filiis suis sacerdotibus exemplū, ut sequantur uestigia eius, sacerdotio legis cum omni suo cultu perfectissime impleto, per hoc nouum sacerdotium, & cultum eius.

Sacerdotale officium: Christianum: non papisticum.

Hostiæ Spirituales.

Huic consentit Petrus. i. Pet. ij. Et ipsi tanquam uiui lapides superædificamini in sacerdotium sanctum, offerentes hostias spirituales, acceptabiles deo per Iesum Christum. Nonne & hæc omnibus Christianis communiter dicuntur? Nonne omnes tanquam uiui lapides super Christum ædificantur? At sic ædificatur super eum, ut sint sacerdotes, offerentes, non corporales pecudes, sed seipsos, exemplo Christi spirituales hostias, dum spiritu facta carnis mortificant. Ro. viij. Quid hic dicent miserima idola? Nunquid hic Petrus duplicem hostiam facit, sicut duplices ei sacerdotes affinxit, os illud mendacium, omnes offerre has hostias iubemur, quæ cunctæ tandem sint, quare omnibus officium sacerdotale hoc impostum, & omnes sacerdotes esse, euidentissimum est.

Ro. 12.

1 pe. 2.

Sacrificium
laudis.

Est præterea aliud genus sacrificij æque omnibus cōmune,
de quo psal. l. Sacrificiū deo spiritus cōtribulatus. Et psal. xxxix. 89
Immola deo sacrificiū laudis. Et sacrificiū laudis honorificabit
me. Et psal. iiii. Sacrificate sacrificiū iustitiæ & sperate in domi-
no. De q̄ & Heb. xiiij. Per ipsum ergo offeramus hostiā laudis
semper deo, id est, fructū labiorum confitentiu nomini eius. Itē
Oseæ. xiiij. Omnē aufer iniquitatē, & accipe bonum (id est, de-
sine mala infligere, apprehende bona, quæ dones nobis) & red-
demus uitulos labiorū nostrorum. Et psal. cxv. Dirupisti uin-
cula mea, tibi sacrificabo hostiā laudis. Hæc quā nō sint officia
rasi & oleati sacerdotij, quis nō uidet? Nec potest ullū os men-
dacij garrere, quod spiritualiter ad omnes, sed corporaliter ad ra-
fos tantū pertineant. Pertinēt prorsus ad omnes, qui laborant
sub cruce, & mortificant seipso sacrificio proxime dicto, ut hoc
laudis sacrificiū sit uelut fumus et odor illius mortificatorij sacri-
ficij. Et hæc sunt testimonia, de sacrificio seu cultu noui sacerdo-
cij sub Christo. Nec habet prorsus tota scriptura, aliud huius sa-
cerdotij sacrificiū. Quare hic iterū urgebimus & insultabimus
Papistis, ut proferant etiā pro sui sacerdotij sacrificio, unū iota
aut apicem e scripturis. Agite uos inclyti sacerdotes Baal, inuo-
cate deū uestrum, forte est in itinere, aut certe dormit, Deus est
enim & audiet. Dicite ubi scriptū sit, Missas esse sacrificia? ubi
docuit Christus, Panem & uinū consecratum offerre deo? Aus-
ditis ne? Christus semel seipsum obtulit, nō uoluit denuo ab ula-
ria sacrificij, līs offerri, sed memoriā sui sacrificij uoluit fieri. Et uobis unde
nō sacrificiū hæc audacia, ut sacrificiū ex ea memoria faceretis? Nōne sic ex
pprio cerebro, citra & ultra præscriptū diuinū uos insanitis? Si
aut ex memoria oblatiōis eius sacrificiū facitis, & eū denuo of-
fertis, cur nō ex memoria natiuitatis eius aliam natiuitatē q̄
ei affingitis, et denuo nasci eū facitis? Ita dū resurrectionis me-
moriā facitis, nouā quæso resurrectionē ei parate, & resuscitate
eū denuo. Ita dū cæcos illuminātis memores estis, facite ut cæ-
cos denuo illuminet, & omnia opera eius renouate, dum eorū
memoriā facitis. Metuo aut, imo uideo, prohdolor, uestrū sacri-

missa memo-
ria sacrificij,
nō sacrificiū

ficare uere esse, de uero Christū offerre, sicut prædixit Heb. vi. rursum crucifigentes sibi met filiū dei & ostentui habentes. Vere uestrū refacrificare est impijssimū recrucifigere.

Existimo igitur, hoc secundo impetu, iterum ruere & iacere missarum papisticarum impietatem. Pia em̄ et fidelis cōscientia merito & digne pauere debet, ne hoc sacrificiū appellet aut credat, quod certissima est, apud deum & in scripturis non dici sacrificiū, & hoc solum appellet sacrificiū, qd constat a deo uocari sacrificiū. Quæ em̄ furentior est temeritas, quā sic os in cœlū ponere, ut hoc sacrificiū & cultū dei dicas, qd ille nō dicit sacrificiū & cultum dei? Quid em̄ hoc aliud est, quā deos arbitrio nostro formare, & diuina oīa, nostro sensu statuere? Nōne hoc est, autoritate propria, & leges, & ritus, & sacerdotia, & culturas erigere, in consulto deo? & exigere, ut deus hæc oīa rata habeat, sinatq; se doceri a nobis, quid ei fieri oporteat, & qua ratione colendus sit. De qua re concors est omnium prophetarū super insania populi Israel, qd proprijs adinventionibus culturā dei formarent, quare deus sese in idolū formari dicit, cū tanto rigore prohibuerit, ne ei ullam facerent similitudinē, id est, nō de eo sentirent scdm suum sensum, sed scdm suum præceptum, nihilq; facerent, quod ille non statuisset. Breuiter, abominator est ista peruersitas, quā ullus queat uerbis consequi. Est enim hoc, negare plane deū, & primū eius præceptū. Quare Papiste hic aut sui sacrificij rationem reddant e scripturis, aut sciant, sese suis missis, pessimos omnium seculorum idolatras esse. Scriptura nos nō fallat, quæ sacrificium esse missas ignorat. Fallent sese potius, qui scripturæ non credunt, suo Leuiatan nixi. Caueant ob id iterum pia corda, ne missas sacrificent, at legitime illis utantur. Nos certis nitimur scripturis, ideo nec errare, nec peccare possumus, missis abstinentes sacrificandis. Illi recte incedere nō possunt, dum relicta scriptura, suis studijs ducuntur, citra, ultra, contra diuinam autoritatem, in re tam sacra, tam metuenda & tremenda. O fuge frater & desere hoc perditū sacerdotium papistarum.

In primū pceptū peccate, sacrificiū ex missa facientes.

aut

Zach. 2. Tertio aggrediemur sacerdotiū hoc missale impetu facto, ex ministerio uerbi. Nā et sacerdotij ē, docere. Sicut dicit Zach. ij. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legē Dei ex ore eius requirunt, quia angelus domini exercituum est. Sic enim debet mediare inter deum & homines, ut deo offerat pro hominibus, & hōes doceat de deo, ferens utrorūq; ad utroscq;. Et hic quidē papistici sacerdotes sibi uidentē regnare, quod illorū proprium esse putent, docere, sicut turget immanis illa bucca Pelagius in Decretis. Vbi est maioritas, ibi est mandandi authoritas, ceteros manet obediendi necessitas. Huc deprauant illud Christi, Qui uos audit, me audit, Qui uos spernit, me spernit. Hic uide sicut finxerunt sibi alienū a Christianis sacerdotiū et sacrificiū, ita et ministeriū uerbi introduxerūt nouū et sacrilegū. Quod ut manifestū fiat, Primū in uictis scripturis firmabimus, legitimū illud & unicū uerbi ministeriū esse cōmune oībus Christianis,

2. Cor. 9. sicut & sacerdotiū & sacrificiū. Dicit enī Paulus. ij. Corint. iij. Qui idoneos nos fecit ministros noui testamenti, nō literæ, sed spiritus. Hoc enī de oībus Christianis dicit, ut oēs faciat ministros spiritus. Est autē minister spiritus, is q; tradit uerbū gratiæ, sicut minister literæ, qui tradit uocē legis. Hoc Mosi erat, illud Christi est. Item Petrus dicit oībus Christianis, ut uirtutes an-

Ius docēdi
penes oīes
Christianos

nūtiētis eius, q; de tenebris uos uocauit in admirabile lumē suū. Quis Christianorū non est uocatus de tenebris? At huius est et ius & potestas, imo necessitas annūtiandi uirtutē sese uocantis.

Ordo docē
tium.

Hoc quidem fieri debere concedimus, ne simul multi loquātur, etiam si omnes eandem loquendi potestatem habeant. Nā & Paulus erat dux uerbi, Actuum xiiij. quo loquente Barnabas tacebat. Sed nunquid ideo Barnabæ non erat ius & necessitas loquendi? Oportet inquā, iuxta Apostolum. i. Corint. xiiij. omnia honeste & secundū ordinem fieri in nobis. Sed per hoc æqualitas ministerij non tollitur, imo confirmatur. Ideo enim necessarius est ordo loquendi, quod omnes potestatem habent loquendi, Si enim unus tantum haberet potestatem loquendi, quid de ordine necesse esset præcipere? Sed uideamus eū locū

Quod officiu docēdi euāgelion e oībz Christianis cōmune.

Sup. 2.
Cor.
9.

Apostoli totū, qui papistica mendacia, de iure docendi & maiō-
 ritate, potentissimis fulminibus cōterit. Dicit itaq; siue lingua
 quis loquit, secundū duos, aut ut multū, tres, & per partes, &
 unus interpretet. Qui si non fuerit interpres, taceat in ecclesia,
 sibi aut loquat, & deo. Prophetę aut duo aut tres dicant, & cete-
 ri dijudicent. Quod si aliq; sedenti, reuelatū fuerit, prior taceat.
 Potestis enim oēs per singulos prophetare, ut omēs discant, &
 oēs exhortent. Hęc Paulus. Vos idola Papę hic compello, qd
 contra hęc mutire potestis? Paulus dicit, oēs posse prophetare,
 & per ordinem, unus post alium potest loqui, adeo ut sedens &
 audiens, si quid reuelatū ei fuerit, surgere possit. & prior loquēs
 debeat ei cedere, & tacere. tum quicunq; sunt, qui loquunt, sub
 iudiciū audientiū loqui, & eorū authoritati subdi debent. Vbi
 nunc est os tuū impudens, & bucca blasphema pelagi? qui cre-
 pastū immāni superbia? Vbi est maioritas, ibi est mandandū au-
 thoritas, cæteros manet obediēdi necessitas. Scilicet Satan ipse
 per os tuū aduersus Christū in Paulo loquentē, hanc rabidam
 uocem euomit. Christus te et tua oibus subijcit, authoritate di-
 uina, dans oibus & loquendi & iudicandi potestatem, tu uero
 temeritate propria, oēs subijcis tibi, & eleuaris super oēs solus,
 sicut Lucifer, arrogans soli tibi ius loquendi & iudicandi. Igitur
 omnes Christiani, ius & officium habent docendi, ut rumpatur
 Behemoth cum uniuersis squamis suis! —##—

Omniū lo-
quendi & iu-
dicandi po-
testas.

Consequēs est, ut illud Christi, Qui uos audit, me audit. non
 maiore fide, ad suam tyrannidem traxerint, quā illud prophea-
 tæ, Nolite tangere christos meos. Propheta enim loquit de chri-
 stis dei, dum dicit, christos meos, id est, quos deus unxit unctio-
 ne sua, & sanctificauit spiritu sancto, Papistæ trahunt ad Chri-
 stos Papę & Episcoporum, qui unguuntur oleo isto corruptibili
 in summis digitis tantum. O flagitia papistica in diuina uoces.
 Christi dei sunt omnes sancti Christiani, & Papa facit Christos
 dei, eos qui lupanaribus & speluncis latronum seruiunt. Sic cū
 oēs Christianos audiri oporteat, id est, qui Christū loquuntur,
 Papa trahit ad suos apostolos tantum, qui non nisi diabolum

Ioh. 6.

loquuntur, & qui spernit diabolum eius, Christum spreuisse iudican-
dus est. **V**ides itaque ut sub titulo communi ministerij spiritualis,
sibi erexerint ministerium proprium perditionis, sicut sub titulo sa-
cerdotij & sacrificij ueritatis introduxerunt sacerdotium & sacrifi-
cium mendacij & erroris, atque ut suo sacrilego ministerio sustula-
runt de Ecclesia ministerium uerum uerbi, ita & sacerdotio & sacrifi-
cio suo mendaci aboleuerunt penitus sacerdotium & sacrificium ue-
rum ecclesie. **S**ed addemus adhuc unum, quod supra memoratum est
Iohan. vi. Erunt omnes ^{Deo Nō docti}, Si omnes sunt a deo docti, ergo non
soli rasi & digitis uncti seu infecati, sunt a deo docti. Imo qui sunt
minus ^{Deo Nō docti} quam hoc perditum chaos ratorum & oleatorum ido-
lorum. Si autem omnes sunt theodidacti, certe omnes spiritum et uerbum dei
habent. Quare non modo laicus, sed & Papa subiectus est theodi-
dacto, nisi non est subiectus uerbo & spiritui dei. Theodidacto
enim totus mundus, etiam angeli de caelo cedere & credere debent,
quia non homini, sed deo, qui eum docet, cedit aut resistit in eo, & tamen au-
dent adhuc septies insanissima idola Papae, non modo disputare,
sed & iactare, Papam esse supra concilium, supra uniuersam eccle-
siam. Quid enim est hoc dicere, nisi Papam esse supra theodidactos?
At supra theodidactos esse, quod est, nisi supra deum esse? Et imple-
tum est illud Pauli, Homo peccati, filius perditionis, qui est aduer-
sarius, & extollit supra omnem deum, qui dicitur & colitur.

1. Cor. 5.

Mulieribus
quatenus in-
terdictum do-
cere.

Quod obijcient hic Paulum, qui dicit. 1. Cor. xiiij. Mulieres in eccle-
lesia taceant. Turpe enim est mulieri loqui. Non enim permittitur eis
loqui, sed subditas esse. Quare ministerium uerbi, non potest esse
commune omnibus Christianis? **R**espondeo. Neque mutis, neque alia
quacumque causa impeditis, loqui permittitur. Credo enim ius istud lo-
quendi, etsi omnibus commune sit, non tamen posse aut debere exequi,
nisi eum, qui idoneus sit praeter ceteris, & ei qui idoneus sit, ceteri lo-
cum facere teneantur, ut seruetur ordo & honestas. sic enim & Timo-
theo praecipit, ut commendet uerbum ipsius, qui idonei sunt & alios doce-
re. Exigitur autem ad loquendum ultra spiritum etiam uox, eloquentia,
memoria, et alia naturalia dona, quibus qui caruerit, merito sibi
ius alteri supponit. Ita mulieres Paulus prohibet loqui, non sicut

pliciter, sed in ecclesia, nempe ubi sunt uiri, potētes loqui, ut ne confundat̄ honestas & ordo, cū uir multis modis sit præ muliere idoneus ad loquendū, & magis eū deceat. Sed nec ex suo capite Paulus hoc prohibet, imo adducit legē, dicens, subditas esse debere, sicut & lex dicit. Qua authoritate diuinæ legis certus erat, q̄ spiritus sibi ipsi nō cōtraderet, & mulieres prius per eū uiris subiectas, nunc supra uiros nō eleuaret. Quin potius memorem & tenax sui instituti, p̄sentibus uiris, magis uiros quā mulieres afflaret. Alioq̄ quomō solus Paulus resisteret spiritui sancto, qui in Iohēle promisit, Et p̄phetabunt filiæ uestræ; Et Act. iij. erant Philippo quattuor filiæ uirgines prophetātes. Et Maria Mosi soror erat prophetis. Et Oida prophetis cōsuluuīt sanctissimo regi Iosē. Et Dibora ducē Barac instruxit. Deniq̄ B. uirginis canticū, uniuersa celebrat ecclesia p̄ orbē. Et ipsemet c. xi. docet mulierē debere uelato capite orare et p̄phetare. Ordo itaq̄ & honestas est, ut uiris loquētibus in ecclesia, taceāt mulieres, nullis aut̄ loquētibus uiris, necesse est, ut loquant̄ mulieres.

Cōcludimus ergo, his robustissimis scripturis cōfirmati, Vnū esse dūtaxat, idq̄ cōmune oībus Christianis, in ecclesia ministeriū uerbi, q̄d oēs loqui et iudicare possunt, et oēs audire tenent. Et cū scriptura aliud ministeriū ignoret, q̄rimus ab idolis papisticis, unde habeāt suū ministeriū illud incōmunicabile oībus? Agite, pdite uiri papenses, ostendite unū iota scripturæ de ministerio uō. An buccā illā sacrilegam Pelagij producetis, Vbi est maioritas, ibi est mandandā authoritas? Cōsultite Parrhisienses & Louaniēses blennones. Interim nos q̄d faciemus? Ministerium uō cū sacerdotio & sacrificio, iā tertio prosternimus, & p̄nūtiamus authoritate diuina, cōfident̄, & libera cōscientia, q̄nq̄dē sine testimonio diuino regnatis, uos eē ministros Satane, et ministeriū uestrū cū sacerdotio uō, p̄ Satanā esse in orbē introductū, ad uastādū salutare illud & unicū ministeriū spiritus. Nā ideo damnastis & hunc articulū in Iohāne Hufs, ne scilicet liceret Christū docere & audire a quocūq̄, sed solum Satanam audire cogeretur mundus, ab impio & perduto ministerio uestro.

Hinc est, quod nō nisi digna ministerio isto uestro docetis. Euā-
gelium extinxistis & dānistis. Mendacia uestra, & Aristotelis do-
cetis, & spiritus satanę regnat in uestris libris & doctrinis uestris.
Hęc in quā de uobis absq; scrupulo pronuntiamus, nisi testimoni-
um adduxeritis e scriptura, p uestro ministerio. Sed quādo ad-
ducentis? Nos potius adduximus testimonia, qđ qđ nō est uer-
bū Christi, Satanę mēdaciū sit, dicēte Christo Ioan. viij. Quan-
do mēdaciū loquit, ex pprijs loquit. Nōne hic clarū est, ueritatē
nō nisi ex deo dici posse, & qđcūq; ex pprijs loquit, eū mēdaciū
loquit? At ministeriū papisticū, cum relicto uerbo dei, & propria
authoritate loquatur, sicut uidemus, non potest nisi ex pprijs lo-
qui. Quale igitur est sacerdotiū, tale & sacrificium, tale & mini-
sterium, Sacerdos, lex, opus, omnia nihil nisi mendacia Satanę.
¶ Quare Christiane lector, tibi ante oculos pone turbam infinitā
hanc sacerdotum & monachorum, cum suis missis, sacrificijs, le-
gibus, & doctrinis, cultib; & uniuersis operibus. Et uidebis, nō
nisi scenam & theatrum quoddam Satanę, populū impiū perdi-
tionis, ut Petrus appellat, irę dei reseruatū in æternum.
¶ Persuasum arbitror, his tribus argumentis abunde omnibus
pijs conscientijs, Sacerdotium istud missale & Papisticum, pror-
sus Satanę operationem esse. Vnde satis fideliter erudiri quisq;
potest, ne quicquam apud eos recte & pie geri credat, & missas
istas sacrificias, non nisi ad iniuriam testamenti dominici reper-
tas. Proinde nihil in toto mundo æque fugiendum detestandū
q; esse, atq; speciosas huius sacerdotij laruas, missas, culturas,
pietates, & religiones. Siquidem præstat, publicum lenonem,
aut latronem esse, quā huius generis sacerdotē. **¶** Sed pergāmus
tamen & huius singularis sacerdotij, ipsa summa decora & co-
lumina uidere. Nempe episcopos, equestre illud & heroicū sa-
cerdotum genus, quod se principes ecclesiarum nominare au-
det, quo totū corpus abominationis huius perspiciamus. Atq;
iterum hic fundamenti loco inconcusse teneamus, quod iam to-
ties posuimus. Quicquid citra scripture autoritatem sit, præser-
tīm in ijs, quę pertinent ad deum, id manifestum sit, ab ipso Sae-

tana profectum esse. Satis enim monstravit deus in Nadab, & Abihu, dū nollet ignē alienū offerri, quā uehemēter detestetur Ignis alienus
 in rebus sacris aliud geri, quā a seipō esset definitū. Sāctificabor
 (inquit) in his, q̄ appropinquāt mihi. Quanto magis putas in di-
 gnationē eius accendi, quādo nō solū præter, sed & contra p̄scri-
 ptum eius quicquā in sacris innouat? & suum institutū euacua-
 tur, ubi impius Achaz altare æreum mutat in horologium, &
 altare Damasci ponit in templū dominī. Tale est, q̄d agit in ep̄i-
 scopis istis gloriosis & infulatis, quos tantū abest, ut deus agno-
 scat, ut nullū genus hominum in terra diuinæ maiestati magis
 aduersum esse possit. Non em̄ solum citra dei præscriptū, sed &
 directe cōtra deū erecti sunt, & regnant. Quod & euidenter, &
 inuicte monstrabo, ijs qui scripturæ credūt. Nam ipsis dolis, qui
 scripturam negant, suis tantū decretis credunt, nihil uerisimile
 dixeris, nisi mendacia, quæ in cordibus eorū uersantur, dicas.

CANTITHESES EPISCOPORVM
Christi, & sacerdotum Papisticorum.

Paulus dicit Tit. i. Huius gratia relinqui te in Candia, ut reli-
 qua perfecte corrigas, & constituas presbyteros per singulas ci-
 uitates, sicut ego tibi cōstitui, si quis est sine crimine, unius uxo-
 ris uir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ. Opor-
 tet enim episcopū sine crimine esse, sicut dei dispensatorem &c. **Episcopi**
 Hic, si credis in Paulo spiritum Christi loqui & statuere, agno-
 scis simul statutum diuinum esse, ut in qualibet ciuitate sint plu-
 res episcopi, aut saltem unus. Perspicuum est enim, quod pres-
 byteros & episcopos eosdem facit, eadē authoritate dei, dum di-
 cit, ideo cōstituēdos presbyteros per singulas ciuitates, sine cri-
 mine existentes, quod episcopum oporteat esse sine crimine,
 Presbyteros autem uocat, nō idola ista rasa, & oleata, sed senio-
 res, & coniugatos laicos in ciuitate, honestæ uitæ & famæ. Hos
 uult episcopos fieri, plures in qualibet ciuitate, ut dixi. Græce
 enim clare patet, plures uni ciuitati constituendos esse, ubi di-
 cit, κατὰ πόλιν πρεσβυτέρους. Presbyteros secundum ciuitatem,
 id est, ubi ubi ciuitas fuerit, ibi presbyteros constituas. Idē Phi-

Qui snt p̄bri: episcopi seu sacerdotes Christi. C ij

lip. i. Paulus & Timotheus serui Iesu Christi, oībus sanctis in Christo Iesu, q̄ sūt Philippis, cū episcopis et diaconis, gratia uobis &c. Philippi erat unica ciuitas, & tñ plures eius episcopos salutat. Idē Act. xx. misit ad Ephesum & uocauit presbyteros ecclesie ad se. Qui ubi uenerunt, dixit ad eos inter multa alia. Attendite uobis et uniuerso gregi, in quo posuit uos spūs sanctus episcopos, ut pascatis ecclesiam dei, quā acquisiuit sanguine suo. Ecce Ephesus q̄q; una ciuitas erat, et presbiteros seu seniores in ea ecclesia Episcopos appellat, plures a spū sancto constitutos.

Quid aduersus hęc tria coelestia fulmina potestis uos locustę fumose putei abyssalis? Per Christum te oro, Christiane lector, nihil te moueant Cardinalium, Episcoporum, Paparū infulę, pilei, mulę, familie, gemmę, aurū, purpura, & uniuersus ille fastuosissimus impiorum hominū fastus. Paulo, imo spiritui sancto crede, non sunt illi episcopi, sed idola, laruę, monstra, & potentia irę dei. Episcopos audis hic diffiniri, uiros coniuges & honestos in una ciuitate, quotquot necessarij sunt, ad curandū populū eiusdem ciuitatis. Hęc diffinitio nō ecclesie, non conciliorum, non patrum, non deniq; lupanariū istorum prostitutissimorū Parrhisienē & Louanieñ, sed spiritus sancti, sed Iesu Christi, sed diuinę maiestatis est, aduersus quā, si uiuueris angeli de cęlo, cū tota creatura saperent, quid obsecro te deberent mouere? Nonne ceu inane arboris foliū eorū uerba deberes aestimare, prę uerbis his eterne maiestatis. Nunc cū ei aduersentur, nō nisi foedę simię & merę laruę hominū, nō minus indoctę quā impię, inutilissimū scilicet hominū chaos, quod uix idoneū est, ipsas laruas episcopales gestare. quid est, quod eos aut pauas aut mireris, ac non potius ceu labes & maculas orbis terrarum ducas (ut Petrus eos appellat) cū uniuersis suis pompis, statutis, ritibus mendacibus & sacrilegis?

Adeste ergo uos abominabilia monstra terrę, & rationē redcite, unde & q̄ autoritate uos estis & uocamini episcopi: Spiritus sanctus unī ciuitati plures constituit episcopos, uos singulis pluribus, Et unus Papa oībus orbis ciuitatibus Episcopus esse

niti. Qua auctoritate? Nōne ipsiusmet Satanæ aduersantis p
 uos spiritus sancti auctoritati? Quid habetis, qd hic mutatis in
 piæ & sacrilegæ laruæ? Cōcludimus itaq; cū fiducia, uos iuxta
 diuinas literas & decretū spūs sancti, neq; esse, neq; dici episco
 pos, sed magis aduersarios, & uisitatores, tā episcoporū, q̄ de
 creti diuini, de episcopis cōstituendis. Estis uero episcopi uoca
 tione Satanae, & cōstitutione apostoli eius Pape. Vnde & recte
 uocamini creaturæ Pape, nō spiritus sancti. Qualis creator, ta
 les creaturæ. Nō tremunt adhuc ceruices uestre durissime, dum
 auditis uos, nō modo citra uoluntatē dei, sed impiissime contra
 uoluntatē dei, episcopos esse? Hoc est, qd ne cogitatis quidē de
 ullo episcopi officio, sed aīalia uentris & gloriæ duntaxat estis,
 saginati ad uictimā eterni iudicij dei. Igitur producite & uos aliqd
 testimoniū de urō episcopatu. Qd cū facere nō possitis, nos au
 thoritate spiritus sancti libere p̄nuntiamus, uos esse idola mun
 di, qui titulo ac nōte episcoporū uiolenter arrepto, & legitimis
 episcopatibus extinctis, aduersarij nouissimi sitis Christi & ec
 clesie eius. Sic nos de uobis & iudicare & sentire cogit spiritus
 in Paulo episcopos cōstituens, cū nihil in orbe sit dissimilius &
 repugnātius episcoporū statui, quā uester larualis, & plus quā
 mundanus status. Sed ne solus Paulus sic uideat episcopos de
 scribere, audiamus & Petrū. Dicit. i. Pet. v. Presbyteros qui sūt
 in uobis hortor ego cōpresbyter & testis Christi, passionum &
 futuræ gloriæ socius, Pascite eū, qui inter uos est, gregē Christi,
 episcopantes nō coacte, sed uoluntarie, nō turpis lucri gratia,
 sed prompte, nō quasi dominantes in hæreditatibus, sed forma
 facti gregis, cū uenerit archipastor, accipietis immarcessibilem
 gloriæ coronam. Vides hic presbyteros & episcopātes in uno
 quoq; grege eosdē & multos esse debere, per omnē modū quo
 Paulus disposuit. Quod autē nostra translatio habet, Nō domi
 nantes in cleris, interpretis incuria fuit, quæ fecit, ut clerū hoc
 loco intelligerent, quos nunc a laicis discreuit impia hominum
 traditio, cū Petrus uocet hic clericos, hereditates seu substantias,
 uolēs seniores ecclesie tales eē, q̄ sciāt sese gregē Christi regere:

i. pet. 5.
 presbyteri.
 Episcopi.

Alexi.

non propriam aliquā hæreditatem. Proinde nō dominari, sed
seruire illis debere. Serui enī sunt alienę hæreditatis, id est, Chri-
sti, non dñi propriarum rerū. Nunc uero Papa cū suis laruis nō
dominat modo, sed tyrannizat, grassatur, bacchat in oues Chri-
sti, subijciens sibi & res, & corpora, & animas omnīū, robustius
illis utēs, quā ullus herus suis proprijs rebus. Et hoc uocant ho-
die, pascere oues Christi.

Lu. 22.

Ultimo Christus Luce. xxij, cōtendentibus apostolis de ma-
ioritate, dicit, Principes gētiū dominant corū, & qui potestātē
super eos habent, benefici (id est, quos nūc gratiosos uulgo uo-
cant) uocant, uos aut nō sic &c. Hic lector mediū constituo iu-
dicem inter Christū & Papā, Episcopos, quos hodie principes
gētiū non queunt imitari præ magnitudine dominationis &
opū, Christus statuit ut sint, nō sic, Papa statuit, ut sint, utiq; sic.
Confer hic principis, & uicarij sui uoces. Nō sic, & utiq; sic, &
uidebis, quis Christus, & quis Antichristus sit. & qui sint episco-
pi, & q; laruæ episcoporū. Ve nobis miseris, qui in his iræ nouis-
simę tēporibus sub talibus laruis, idolis, idiotis, truncis, lupis, pe-
stibus, & monstris nocentissimis, sine episcopis et presbyteris ui-
uere, imo perire cogimur. Statuimus itaq; auctoritate dei, Epi-
scopos Christianos, esse uiros graues, & profectæ ætatis, cōiu-
ges, laicos, doctos in uerbo ueritatis, in qualibet ciuitate plures,
uel per uicinos coepiscopos, uel a plebe sua electos, quales mō
essent, q̄s uulgo parochos seu plebanos uocant, & capellanos
eorū diaconos, nisi per tyrannidē superiorū idolorum missas su-
as prophanarent, Euangeliū tacere cogere, cēlibes perirent,
& nullū episcopi officiū implere permetterent. Hæc est aposto-
lica sanctio, diuinū decretū, Spiritus sancti ritus ordinandorū
episcoporū. Quales fuere. S. Spiridion, Cyprianus, Augusti.
Ambrosius. At qui nunc super plures ciuitates imperant, nihil
tñ faciunt, nisi qd aliquando infulam gestant, lapides & ligna
aqua conspergunt, fumō cōsecrant, & campanas tingunt, quia
proprijs furoribus erecti sunt aduersus decretum diuinū, Sata-
næ ludibria, & dei aduersarij sunt, una cum principe & creator

re suo Papa propediem destruendi per aduentū saluatoris no-
stri. Amen. Hæc omnia cū certis, apertis, fidelibus nitantur scri-
pturis & uerbis dei, oportet pias conscientias securas & liberas
esse, ad contemnendū cū fiducia, totū hoc corpus Babylonicū
cū pompa & specie sua.

Superest tertia pars huius Satanici sacerdotij, qd est sylua **Monachus**.
et arena monachorū, genus mixtū, nec sacerdotes, nec laici, nec
monachi, ne nihil desit, quod monstrorū ratio postulat, sed ex
omnibus & singulis confusum. Verū quatenus sunt sacerdo-
tes, ad eos simul pertinent, quæ de sacerdotio, sacrificio, & mini-
sterio dicta sunt. Quatenus uero monachi sunt, proprio uolu-
mine opus habet describi, cū suis stultis, impijs, impossibilibus,
& a nullo unquā seruatīs uotis. Ideo ne prolixiores simus, diffe-
remus eos in suū tempus, hoc dixisse cōtenti, Christianū popu-
lū esse simplicem, in q̄ prorsus nulla secta, nulla differentia per-
sonarū, nullus laicus, nullus clericus, nullus raso, nullus un-
ctus, nullus monachus esse debeat, sed sine ullo discrimine, oēs
uel coniugati, uel coelibes, arbitrio quicq̄ suo, sicut modo in ciui-
libus cōmunitatibus uidemus naturaliter fieri. Episcopi uero
seu presbyteri, seu seniores, seu diaconi, prorsus nulla re differre
a ceteris Christianis debent, nisi solo officio uerbi, & sacramen-
ti. Sicut senator nulla re differt a ciuibus suis, nisi officio regen-
dæ ciuitatis. Qui autē sectis introductis, hanc simplicitatē scide-
runt, in laicos, & clericos, in rasos, & non rasos. Deinde rasos in
monachos, & sacerdotes. Post, monachos in uestes, & cibos, in fi-
nitis modis uariatos. Similit̄ & sacerdotes in uarias culturas et
dioceses. Hi sunt, qui authore Satana, ecclesiam & scripturā dei
uiolauerunt, & astutia serpentina sensus Christianorū corrupe-
runt a simplicitate, quæ est in Christo, ut Apostolus ait ad Corin-
thios. Ideo episcopi & presbyteri, nullum sectæ nomē habent,
sed tantū officij. Ut presbyter enim seniorē, episcopus uisitato-
rem significat. Ex quibus nunc dignitates & status fecerūt im-
pij & schismatici hoīes. Paulus alias etiam dispensatores, mini-
stros Christi, seruos dei, p̄positos uocat. Hæc satis modo sint

de impio illorum sacerdotio, sacrificio, & ministerio. Ex quibus
puto, piam conscientiam satis eruditam, ut si se uideat non esse
in legitimo sacerdotio ecclesie, ꝑocys. ponat hoc satanicū sa-
cerdotiū, & ul' curet uero ministerio episcopi aut diaconi in iu-
ri, aut rursus laicis similem uitam apprehendere, pro stercoris
habito, illo fictitio caractere, & oleo, & raso uertice, et uesti-
tu pharisaico istorum sacerdotum. Non enim deo, sed Satanæ
sacerdos est, qui eiusmodi est. Ideo nec deo, sed Satanæ pepigit,
si quid pepigit, cui nullū pactum seruari potest, nisi uiolens pa-
ctū dei uiuentis. **I**actent Papistæ, suas longas hastas & breues
pugiones, qđ Patres eorū ex spiritu sancto statuerint has pom-
pas & laruas. Nos contra iactamus scripturas sanctas, certi, qđ
spiritus sanctus, sibi ipsi non contradicit, nec aduersat. Non enī
est deus disensionis, sed pacis & unitatis. Cū aut̄ omnia eorū
monstrauerimus esse aduersus dei scripturas euidenter, nō an-
tea credemus, eorū gesta ex spiritu sancto esse, quā docuerint,
spiritū sanctū sibi ipsi contrariū esse, aut scripturas suas reuocaf-
se. Deinde conuincant, sua ex spiritu sancto esse, sicut nos con-
uincimus, ex scripturis, nra ex spiritu sancto eē. Bullas et am-
pullas hominū contemnimus, scripturæ ueritatē adoramus &
reueremur, quā si ipsi contemnunt, ualeant, & soli adorent suas
bullas. Qui nō est mecū, ait Christus, contra me est. ita nos dici-
mus, Quod nō est cū scriptura, contra scripturā est. At sacerdo-
tia, sacrificia, ministeria, episcopatus eorū, non sunt cū scriptu-
ra, ut probauimus, necesse est ergo, contra scripturas, ac ꝑ hoc
contra deū esse. At contra deū uiuere, quis nobis persuadebit?

Vide itaq; Satanæ astutiā, in ecclesia uastanda, quā pulchre
seruatis nōibus sacerdotij, sacrificij, ministerij, contrarias abo-
minationes sub illis inuexit. Scilicet, nihil preciosius ecclesia ha-
buit sacerdotio, sacrificio, & ministerio. ideo sub horum specie
potissimū nocere cogitauit, & profecit per iram dei. Vtile enim
fuit suū sacerdotiū quæstui. Nam dū missa cepit sacrificiū esse,
facile totius orbis opes ad suū sacerdotium hoc titulo cōtraxit.
per opes uero auaritiā, superbiam, pompā, otia, libidines, &

Hastæ & pu-
giones Em-
seri.

Epilogus

et nūm
ding

oīa illa infanda, nefandaq; quæ hodie uidemus inūndare, ple-
 no impetu impulit, donec penitus abolito uero sacerdotio, iam
 nihil sciret orbis, præter missas, & missales sacerdotes, oībus ho-
 minibus uno errore falsis, dū sperant hac una uia remissionem
 peccatorū, & introitū regni coelorum, opibus suis emere. Ita secu-
 re iam regnat, & potitur uictoria, quā quæsiuit, & paulatim p-
 mouit suo sacrilego sacerdotio, adeo ut multi sancti uiri, & ele-
 cti hunc errorem nō solū nō intelligerent, sed etiā iuuarent uer-
 bo & opere. Sic concidit sacerdotij ueri uirtus, positus loco fide,
 operibus. Euacuata uis sacrificij ueri, sublatis cruce & passionis
 bus, & accepto otio ac pace, extincta gloria ministerij, erecto
 idolo humanarū traditionū. Et impleta ē prophetia Pauli, quā
 prædixit. ij. Timo. iij. Hoc aut scito, quoniā in nouissimis diebo
 instabunt tempora periculosa: Erunt enim hoīes sui amantes,
 auari, superbi, elati, blasphemī, parentibus inobedientes, ingra-
 ti, rerum sacrarū incurij, sine affectione, sine federe, criminato-
 res, incontinentes, immites, bonorū negligentes, proditores, p-
 terui, tumidi, ceci, uoluptatū amantes, magis quā dei, habentes
 speciem pietatis, uirtutem aut eius abnegantes. Et hos deuīta.
 Ex ijs enim sunt, qui penetrant domos, & captiuas ducunt mu-
 lierculas, oneratas peccatis, ductiles uarijs desyderijs. sem-
 per discentes, & nunquā ad scientiam ueritatis per-
 uenire potentes. Quemadmodum aut Iannes
 & Mambres resistēterunt Moysi, ita et hi
 resistunt ueritati, hoīes mente cor-
 rupti, reprobī ad fidē, sed ultra
 non pficient. Insipientia
 enim eorū manifesta
 erit oībus, sicut &
 illorum
 fuit. †

D ij

SECUNDA PARS DE VERBIS

missæ, ex quibus probatur, missam non esse sacrificium. Item de Canone.



RIMA parte, sacerdotium illud Satanae, impium & abominabile, sat potentibus scripturis subuertimus. quibus etiam probauimus, missas non posse sacrificij nomine censi, & os aduersariorum oppleuimus, ut non habeant, quod possint contrauertere, nisi suas opiniones, consuetudines, & hominum auctoritates, quas in re diuina, & fundanda fide, nullius esse momenti, nemo ignorat. Simul satis confirmatae sunt conscientiae infirmiores, ut probe intelligant, nullum esse noui testamēti sacrificium, praeter id, quod scriptura docet, crucis & laudis, nec sit ullus amplius locus scrupuli, missam non esse sacrificium. Nunc secundo loco, post bella, pacificis documentis, idem docebimus, et supra fundamentum positum, leuiter, et molliter edificabimus, sermonem proprie ad institutum accommodantes, de missa ipsa tractaturi, non nostris, ut Satanae faciunt sacerdotes, sed solis diuinis uerbis innitendo. Quare ab initio missae, institutionem & uerba instituentis audiamus. Sunt autem haec. //

Verba euāgelij, quibus missa continetur.

Primus est Matthaeus cap. xxvi. Edentibus autem illis, accipit Iesus panem & gratias egit, & fregit, deditque discipulis suis, & ait, Accipite, & manducate, hoc est corpus meum. Et accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis, dicens, Bibite ex hoc omnes, hic est enim sanguis meus noui testamēti, qui pro multis effundetur, in remissionem peccatorum &c. Graecus utrobique habet *ευχαριστίας*, gratias agens, quod noster translator, bene dixit, primo loco uerit. Quod dico, ne intempestiui uerborum obseruatores, opiniones aliquas gignant, aut confirmant (uti solent sophistae) super translatione, & (nescio quibus nugis) consecrationis. Sed sciant idem esse, gratias agere, quod benedicere. Quod enim Matthaeus & Lucas *ευχαριστίας*, Marcus semel *ευλογίας* dixit.

Matt
26

Mar. 18. **S**ecundus est Marcus cap. xiiij. Edentibus autem illis, accepit Iesus panem, & benedicens, fregit, & dedit illis, & dixit, Accipite, & manducate, hoc est corpus meum. Et accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis, & biberunt ex illo omnes, & dixit eis, Hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur.

Luc. 22. **T**ertius, Lucas cap. xxij. Et accipiens panem, gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens, Hoc est corpus meum, quod pro uobis datur, hoc facite in mei commemorationem. Similiter & calicem, postquam coenauit, dicens, Hic est calix, nouum testamentum, in meo sanguine, qui pro uobis fundetur.

1. Cor. 11. **Q**uartus, Paulus, i. Corint. xi. Ego enim accepit a domino, quod & tradidi uobis, quonia dominus Iesus, nocte, qua tradebatur, accepit panem, & gratias agens, fregit, & dixit, Accipite, manducate, hoc est corpus meum, quod pro uobis traditur, hoc facite in mei commemorationem. Similiter & calicem, postquam cenauit, dicens, Hic calix nouum testamentum est, in meo sanguine, Hoc facite, quoties bibetis, in mei commemorationem. Vide ut Lucas cum Paulo pene per singula uerba consentiat.

Hic a te, lector pie, impetratum uelim, ut credas, hos quatuor testes, neque stultos, neque ebrios, fuisse, cum ista scriberent, sed ple-nos spiritu sancto, rei ueritatem scripsisse, ut in eorum uerba securissime niti possit totus mundus, ac stare etiam aduersus portas inferi. Deinde, non minus impetratum uelim, ut credas Christum ipsum quoque, etsi in cena & nocte, ista gessit, & instituit, non tamen more hominum, ebrium, aut furiosum fuisse, sed uirtutem & sapientiam dei instituisse, quicquid ille instituit. Stultus & ridiculus uideor, qui ista petam, sed stultitia eam mihi extorquet indomitus furor papistarum, & deplorata amentia luparum, id est, Parhisiensium, Lo-uaniensium, & aliarum scholarum. Qui cum iam dudum sint indurati, & in- ueterati diuturno & perpetuo contemptu Christi, apostolorum, & euangelistarum, uniuersaeque scripturae, sanctum & catholicum arbitrantur, ut cum furiosis, furamus, & posthabitis uerbis diuinis, iactemus cum eis uerba hominum, Patres, patres, patres, Ecclesia, ecclesia, ecclesia, Concilia, concilia, concilia, Decreta, decreta,

Verbis eua-
gelij ut pe-
trae incum-
bendum.

decreta. Vniuersitates, uniuersitates, uniuersitates. Scilicet his terrenis fumis suis audent exigere, ut cedant uniuersa illa, diuina & cœlestia fulmina, parati, ubi nō cesserint, oīa damnare & exurere. Quo furore, qd aliud molunt, quā ut Christus cū apostolis suis fuerit in uerbis & factis suis stultus aut ebriosus: ut qd ea dixerit, quæ hoībus longe sint inferiora, ac multo fidelius super patres, concilia, scholas, decreta, in quibus nō raro errores fuisse, ipsimet fatent, nos oporteat cōfidere, quā super Christū. Quanquā non hoc ex aīo agant, ut patrum, conciliorū, ecclesie pietatem firment, sed ut suas proprias insanias & abominabiles, e patrum & conciliorū, uel proprio, uel male intellectorum errore acceptas, stabiliant, & ueritatem extinguant.

Adhereamus itaq; his uerbis diuinis cū fiducia, siue id egerant Papæ siue puppæ, siue lupanaria, siue lupæ, ac obseruemus, an hæc diuina oracula permittant, missas sacrificia dicere. Primū religiones illas irreligiosas contemnimus, quas hac in re stulti inuenerunt, & multiplicauerunt. Quales sunt, qd uerba hæc (ut uocant) consecrationis, minime uulgata uolunt, ceu solis sacerdotibus, nec ijs, nisi in intimo sacrarū rerū secreto agentibus tractanda, quibus in toto orbe oportuit nihil esse notius, neq; uulgatius, cū fides & salus omniū pendeat in illis, uti monstrabimus. Item quod seuerissimo supercilio definiunt, si quis omiserit dictiunculā Enim, uel Aeterni, quæ in euangelijs non habentur, reus sit mortalis peccati, quia contra usum ecclesie pronuntiauerit uerba consecrationis, & peccauerit in formam sacramenti. Non quod probem, cuiusuis arbitrio usitatā formā mutari, sed qd temeritatem & audaciā impiorum detester, qui in rebus a deo non præceptis, nec necessarijs, nouos infernos condunt, & noua peccata mortalia suo cœco cerebro discernunt, ubi nulla peccata nec pericula esse possunt, pauidas conscientias sine causa excarnificantes, tantum ut spiritu libertatis extincto, spiritū timoris & seruitutis in cordibus nostris suscitent. Nullum adulteriū, nullum sacrilegium, nullum periurium, par esse sinunt ei peccato, si formam sacramenti leseris,

oportuit notis . esse uerba Missæ.

Nota optimū canonē.

Siliter
Missæ
fidei.

omissa particula Enim. Nec aduertunt data opera, spiritus sancti, nullum euangelistam aut apostolum cum altero per omnia concordasse in uerbis eiusmodi, quos tamen maxime oportuit concordare, aut multo magis, quam nos peccare in formam sacramenti.

Item quam inexpiabile flagitium fecerunt, panem aut uinum, manu uel alia parte corporis, quam digitis illis oleatis aut lingua tetigisse, Cum a palla, calice, panno, denique a musca, mure, uermibus, stercore tangi nihil moueant. Scilicet corpus humanum, aut carnem, uel non numerant inter creaturas bonas dei, uel insanos seiplos declarant. Tale est, quod ieiunium nature effinxerunt, ut si quis gutta aquae uel imprudens glutuerit, eo die indignus sit comunione. O furorem furore furiosorem. Indignum est, inquit, ut in os Christiani aliud intret, priusquam corpus domini intrauerit. O festiua ratio, Forte nec nebula nec aerem prius intrare licet os Christiani, quam corpus domini intrauerit, ut sacerdotibus respiratione & uita interdicae, usque post missam & comunione, cum Christus & apostoli post carnem comunicauerint, ac fere fiat, ut moderato sumpto cibo, & os mundius & caput purgatius & halitus incorruptior, totumque corpus dignitas sit, quam ieiunis, & a somno (nescio quid grauedinis & impunitatis referentibus) esse unquam possit.

Tales inquam religiones arbitrarías, quae ultra Christi institutionem per homines inuentae & adiectae sunt, contemnimus, non quod nolimus eas seruari, si qui uolent, sed peccata per eas statui, & conscientijs laqueos & scandala parari non patimur. Seruet, quod uolet, sed libere, sciens se non posse peccasse, in eo omittendo, quod uidet Christum & apostolos non peccasse. In ijs enim solis peccatur, quae contra Christi statutum fiunt. Quae peccata, impij isti, etiam summi meriti loco ducunt, scilicet dum horrendo abusu sacramenti huius sacrificium, & opus ex ipso faciunt, fidem, & uerum usum eius toto orbe damnantes & uastantes, ut impleant impiorum illud uerissimum elogium, Trepidauerunt timore, ubi non erat timor, ut iusto iudicio dei peccata, & infernos habeant, ubi iustitia, & salus liberrima est, qui iustitias & salutem faciunt,

Impij qui conscientias onerant traditionibus humanis.

ubi peccata, & damnatio summa est, Sic cū peruerso peruertit̃
deus, psal. xvij. Hęc uero ex multis retuli, ut aīo tuo Christiane
lectōr psuadeas, nihil mirū esse, si sacrificiū ex missa facere sine
ausi, qui uideas, tam stultis & impijs opinionibus eos agitari in
ea re, ut omnia recta peruertant, & nihil dignū sacramento isto
sentiant & faciant, ut nō modo suspectū, sed plane fugiendum
esse scias, quicquid eorū usus & consuetudo pręscribit. Quid
enim reliquū boni faciant in missa, quando memoriā Christi &
fidem extinguunt, & opus loco eius erigunt? Veniamus itaq;
ad ipsa uerba euangelica, & per ordinem ea contemplemur, qđ
nos doceant, in Missa spectare.

PRIMVM

Abunde satis esse nobis debuit, ipsum exēplū Christi & apo-
stolorū, quandoquidē credimus, omnē Christi actionem, nostrā
esse instructionē, seu, ut ipsemet dixit, Exemplū dedi uobis, ut
quemadmodū ego feci uobis, ita & uos faciatis. Quin hoc ipso
loco, uelut pręuidens futuras istas lupas & lupos Arabiæ dicit,
Hoc facite in mei memoriā. Quid est, Hoc facite? Nōne hoc, qđ
ego modo facio uobiscū? Quid aut̃ facit? Nūquid aureo calice,
pallis, & infinitis his rerū uarietatibus ornatus, sacrificat? Ne-
quaquā. sed panem accipit, & uerbo, quo dicit, Hoc est corpus
meū, mutat in corpus suū, & dat manducandū discipulis. Si igit̃
tur inuenias fideles, qđ simplicissimū hunc ritū imitant̃, aut imi-
tari uolunt, omissis oībus, quę per hoīes adiecta sunt, caue, tu
hæreticos dixeris, nisi Christū quoq; hereticum simul criminari
uelis. Opponent enī tibi uerbum, non Papæ, nō luparum, nō
patrū, sed ipsius Christi, Hoc facite. Et tu, cū audieris, Hoc faci-
te, aliud in illis & Christo factū esse, docere non potens, inuenie-
ris cum Parrhisieñ, uel rudis, asinus, uel insignis blasphemator
Christi. Finge ergo uel grecos, ul' Boemos, hoc simplici et Chri-
stianissimo ritu, faciētes, qđ Christus hic dicit, Hoc facite. Et ex
alia parte sedere alto solio buccas illas indoctissimas & impijsi-
mās, Papam, Cardinales, Episcopos, Sacerdotes, Monachos,
cū lupanaribus Parrhisieñ, & Louanieñ, & sororibus suis Sodo-

Lupi deserti
Episcopi no-
strorū tēpo-
rum.

ma & Gomorra. Quæ ubi uiderint paruulū & contemptū hūc
 gregē Christi sic facere, incipiant superciliiū tollere, nasum cris-
 pare, & turgenti gutture uoces rotare, in hunc modū, Ecce isti
 hæretici & schismatici nō seruant ritū Romanæ ecclesiæ, nec
 principia fidei, & opiniones Parrhisiensis almæ facultatis, pla-
 ceantq; sibi solita philautia, de sola multitudine laruatorū & in-
 doctorū, citra omne testimoniū scripturæ, quasi errare ipsi non
 possint. Quid hic facies aut iudicabis? Sequeris ne turbam, &
 multitudinē ad malū contra legē dei, & deserēs paucitatem ad
 ad bonū? cū uideas hic uerbū Christi, illic uero uerbū hominū
 regnare, unde certus esse cogēris, oculos Christi eo spectare, ubi
 uerbū suū regnat, etiā si duo tantū essent, ibi cōgregati. Auer-
 sos autē esse, ubi uerbū suū exulat, etiā si tot Papæ, q̄t folia syluæ,
 tot Cardinales, quot grana, tot episcopi, q̄t guttæ maris, oēs q̄
 toti aurati, gemmati, purpurati, & mulati, & asinati ibi essent.
 Nonne præ maiestate uerbi Christi oēs, has laruas pro stercore
 terræ haberes iustissime? Quid est ergo, ut metuas a facie istorū
 leuissimorū hominū? qui Christū habes tecū, & secundū uerbū
 eius facis. Nonne Ioannes de eo dicit? Maior est, qui in nobis
 est, quā qui in mundo est. Damnent itaq; lupē & laruæ iste tuū
 factū, & erigant sacrificia, quæ ignorant, iactent patres, uehant
 concilia, proferant multorum usum, tibi sufficiat unus & solus
 Christus cū paucis suis in hoc mundo, de quo certissimus es, nō
 sacrificasse eū panem & uinū in ultima cæna. Nō damnabit te,
 quod illi te iudicant, sed coronabit, q̄d sese, nō illos secutus fue-
 ris. Tu habes uerbū & exemplū Christi, quod ostentes & oppo-
 nas etiā portis inferi. Illi quid habēt? Infulas, pileos, rasos uerti-
 ces, annulos, & sigilla. His enim argumentis probant, quæcūq;
 probant. Et in his rebus pendet ius & uis, discernendi quæstio-
 nes fidei, quas si eis detraxeris, non plus episcopallū rerū in eis
 inuenias, q̄ in isto alino & trunco.

Christus nō
 sacrificauit
 panē in cæ-
 na. Nō igit
 est sacrificiū

Cōmendet itaq; diligenter pius animus, conscientie suæ hoc
 fidele exemplū Christi, nec dubitet, nulli prorsus angelorum
 licere, nedū bullis humanis e sacramēto dei facere, q̄d Christus

ipse nō fecit. Quod si qua ratione etiā liceret, per impossibile, ad huc nō est integrū, neq; tutū Christiano, ab exemplo Christi discedere, & aliquid sine exemplo eius innouare, presertim in re tanta. Vt quid enim nos ille suo & exemplo, & uerbo docet, & p̄it, silicet aliud tentare, sine uerbo & exemplo eius? Cur uenit in hunc mundū, si nō satis est, eū sequi in ihs, quæ nobis ostēdit? Aliud est sane, qd ceremonijs & uestibus additis aliter nunc tractat, quā a Christo tractabat. In ihs enim hoc solū noxiū, et damnandū est, si necessario ad rem p̄tinere credant, & conscientias uexent, cū sint libera oīa, quæ in Christi institutione nō inueniunt, quæ libertas facit, ut innoxia sint. At sacrificiū ex eo facere, hoc nō est, aliquod externū addere, sed substantiā ipsam sacramenti, & totū qd est a Christo institutū, mutare. Hoc nō modo sine exemplo, sed & contra rē ipsam & exemplū est. Nec libertas hoc malū potest innoxia facere, sed damnandū, & detestabile est, ut summa idolatria & blasphemia.

T S E C V N D O.

uerba missæ
sunt uerba p̄
missionis, nō
igitur sacrifici-
um missæ est

Euidens est, uerba instituentis Christi, uerba p̄missionis esse. Sic enī dicit, Hoc est corpus meū, qd pro uobis tradet. Hic calix nouū testamentū est in meo sanguine, qui pro uobis effundet. Neq; etiā lupanar ipsum Parrhisiense, omniū insulissimū, & stupidissimū, tam stupidū esse potest, quin agnoscat hæc esse p̄missionis uerba, inuolentia pignus eiusdē p̄missionis, qd est corpus & sanguis Christi in pane & uino. Promittit traditio corporis, & effusio sanguinis, in remissionē peccatorū, q̄ est res noui testamenti, ut uidebimus. Ad p̄missionē autē requiritur fides accipientiū p̄missionē, & pignus p̄missionis. Sine cōtrouersia enī p̄missio & fides sunt correlatiua, ut ubi p̄missio non fuerit, fides esse nō possit. Et ubi fides nō fuerit, p̄missio nihil fit. Atq; ut p̄missio gratuita uenit absq; ullis meritis seu operibus donata, alioqui nō p̄missio, sed merces & retributio esset, ita suscipit sola fide sine operibus, alioqui opera mererent eam. Ideo p̄missioni satis fit fide, & fidei satis fit p̄missione. Semper enim opera euacuat p̄missionē, & rursus p̄missio eua-

euat opera. Oīa ergo hæc uerba, promissionē diuinā, & fidē hu-
 manam spectant, nec ullus apex hic ponit, qui sacrificiū aut ho-
 stia indicet, neq; sane poni potest. Quid enī sacrificiū cū nego-
 tio promissionis & fidei: Necq; enī ortus tantū distat ab occiden-
 te, quantū sacrificiū a pmissione. Sacrificiū opus nostrū est, ex
 nostris rebus exhibitum deo. At promissio, diuinū uerbū est, de
 dei rebus, exhibitū hoībus, ut plane insania necdū error sit, ex p-
 missione dei sacrificiū humanū, ex uerbo maiestatis, opus crea-
 turæ facere. Quæ enī proportio, nedum identitas uerbi dei, &
 operis nostri, cū nec nostrū uerbū, esse opus nostrū possit. **Chri-**
 stus autē mandans hoc a nobis fieri in sui memoriā, plane aliud
 nō uult, quā promissionē istam cū pignore suo frequentari, ad
 alendā & roborandam fidē, quæ nunquā satis potest roborari.
 In cuius solius robur, & hoc sacramentū instituit, & reliq; in ter-
 ris. Iterata enī, & assidue memorata dei promissione, tā dulci &
 opulenta, animus saginat fide magis ac magis. **V**ides ergo in-
 credibile cæcitatē & peruersitatē papistarū, q; ex promissioe dei
 faciunt opus hominū, hoc ipso testes sibi ipsis facti, quā prorsus
 nihil intelligant, qd sit sacramentū altaris, nec qd agat et inten-
 tendat eiusdē institutor Christus. Illi offerunt opus, hic requirit
 fidē, illi sacrificant deo, hic pmittit hoībus. **F**inge & pinge ab-
 surditatē hinc aliquā similitē, si potes. Si princeps quispiā te do-
 naret codice aliquo testamenti, q; tibi pmitteret, uelut pignore
 certo hæreditatē suā totam, nihil aliud spectans, quā suā bonita-
 tē, & tuam paupertatē, nec aliud ex te querens, quā ut codicem
 acceptes, gratulq; custodias, gaudeas & diligas, se benefactorē
 tuū. Tu uero uelut magnū facturū, eū ipsum codicē nō acce-
 ptes, nisi ut ei exhibeas & offeras, nō tuū cōmodū, sed illius diuiti-
 as aucturus, ut tu potius glorieris, qui dederis, & ille pudefiat,
 q; a te mendico acceperit. Nōne hic iudicaberis, aut extrema de-
 mentia insanire, & nihil intelligere eorū, quæ fiunt, aut si intelli-
 geres, summa neq;tia, & superbia principē irridere, & illudere?
 Talis est absq; dubio facies, & religio absurdissimi huius uulgi
 papistici erga maiestātē diuinā, dū missā sacrificant, & pmissio-
 ne dei, deū diuitē faciunt. **O** monstra monstrorū. **E** ij

Vnus Missæ

Apta simili-
tudo.

T E R T I O .

Verba sic sonāt, Accepit panem, gratias agēs, fregit, deditq̄ discipulis suis. Obsecro, quid est frangere? quid est dare discipulis? Cur nō potius more legis, sic dixit: Et accepit panē, & leuauit corā domino, ut intelligeret, non hōibus, sed deo dedisse, id est, sacrificasse. Nunquid hic laruæ, & lupæ, adeo nihil habēt, uel grāmaticæ, uel cōmunis sensus, ut audeant dicere, dare discipulis, id esse, quod offerre deo? Vbi est ergo sacrificiū? an in eo, q̄ accepit panē? At accipere, nō esse offerre, sed ad se potius capere, & in suū ius & usum sibi uendicare, nisi iterū nō sumus grāmatici. Cū em̄ esset facturus, & daturus discipulis, necesse erat, ut in manus acciperet, neq̄ em̄ ore, aut auribus, aut pedibus, frangeret & daret. At gratias egit, & benedixit. Ergo, gratias agere, & benedicere, est sacrificare? Tunc & quinq̄ panes ordeaceos, & duos pisces, dicemus ab eo sacrificatos, quando Ioan. vi. eos multiplicaturus accepit, & gratias egit, & dedit discipulis, discipuli aut̄ turbis, ubi eundem ritum seruauit, nisi quod nō dixit, Hoc est corpus meū, id est, non mutauit panē in corpus suū, uerbo uirtutis suæ. Quin gratias agere & benedicere, est testari, sese accipere, uel accepisse a deo, non aut̄ offerre deo. Oblaturus potius orat, ut acceptū sit, q̄d offert. Gratias aut̄ agens, nō orat, ut acceptū sit, sed gaudet accepisse, ut uideas, omnes apices horū uerborū pugnare, ne eucharistia sit sacrificiū deo exhibitum, sed beneficium hominibus donatum, quod accipiant, & gratias agant, non quod commendent, & acceptari orent.

Hic uero uide, ut missarum uniuersarū ritus hodiernus, cum euangelio faciat. Oēs tres euangelistæ una diligētia, similiter & Paulus, memorāt, panē esse a Christo fractū, & datū discipulis, tacent uero, an & ipse comederit, & biberit cum eis. Quid enim est frangere? nisi in multa partiri? Quid dare discipulis? nisi partitum alijs distribuere? Si ergo missa institutū, & exemplū Christi referre debet, necesse est, ut nulla unquā fiat, nisi eucharistia frangatur, & multis distribuatur per sacerdotem. Si aut̄ aliqua aliter perficitur, non est Christiana missa, nec cū instituto Christi

Dare deo, sacrificare est, dare discipulis, nō item.

Multis distribuenda
ἐν χάρισίαι
esse.

sti, ulla ex parte cōuenit. Quid hic dicetis priuati, imo et publici
 missarij? Nonne hic solus locus merito oēs abstertere deberet, ne
 ullam missam, ullus unquā celebraret? Nonne hic euidētissime
 sequit̄, exēplū Christi referre, & institutū eius sequi nullos, nisi
 eos, qui uel infirmis, uel publice accedentibus ministrant eucha-
 ristiam, ipsi non accipientes? Hi em̄ proxime omnīū, hanc cōe-
 nam Christi repræsentant, quia accipiunt, gratias agunt, fran-
 gunt, & dant alijs, ipsi ministri eorū, sicut Christus factus mini-
 ster, non sibi accipit, sed alijs ministrat. Hi uero, qui celebrāt, qd
 faciunt? simulant hanc fractionem, dū in tres partes hostiā par-
 tiuntur, & unā uiuētibus, unā defunctis, unā beatis deputant.
 Scilicet, egregij distributores, qui beatis adhuc necessariā fidem
 & promissionem faciunt. Sed quid aliud nugarent, postquam
 usum fractionis aboleuerunt, deinde nullis distribuunt, sed sibi
 solis uniuersas partes sumunt, alijs auferunt. Confer nunc istos
 Antichristos cū Christo. Ille frāgit, & partitur in multos, & par-
 titū distribuit. Isti cōtra, per om̄ia nullis frangūt, & sibi solis sur-
 munt, nisi quod simulant quandā fractionē. Et ubi manet uer-
 bū Christi, Hoc facite. Cur illi faciunt aliud, & cōtrariū? Tutissī-
 me omnīū igit̄ facit, qui a missa in totū, ut nunc fiunt, tam priua-
 ta, q̄ publica abstinet, quia neutra Christi exemplū & institutū
 amplius refert. Sed ubi consecrauerit, alijsq̄ distribuerit, tum &
 ipse ab alio accipiat. Sic enim & aliorū sacramentorū, nullus si-
 bi ipsi aliquod dare debet, sed ab alijs accipere, & alijs dare. Sūt
 hæc obscura, & dubia? An determinationē almæ facultatis Par-
 risiē, hic expectabimus? quæ ructuet, & dicat, Hęc propositio
 est contra almas facultates, & contumeliosa magistris nostrali-
 bus? At uerba euāgelij stant, & clara, & solida, Fregit, & dedit
 discipulis. Hoc facite. Non dicit, Et seruauit, & sumpsit sibi ipsi.
 Hoc facite. Vides ergo, si usus instituti dominici permansisset,
 nunquā sacrificiū ex eucharistia factū fuisset. Sicut nemo hoc
 sacrificiū uocat, quod minister ecclesiæ infirmis, & petētibus
 eucharistiam ministrat. At ubi ceptū est, frangere & distribuere,
 re, mutari in id, quod est, sibi soli seruare, & sumere. Deinde mi-

mistrū, sacerdotē censerī, ibi inuentū est sacrificiū, scilicet ut haberet, qđ ageret ille sacerdos, ne ociosus staret corā altari. Quod si oīno sibi ipsi sumere extra exemplū Christi uolet, saltē hoc curet, ne solusumat, sed frangat simul, & det alijs, ne nihil exempli sequi, sed oīa contra exemplū Christi agere inueniat. Fidelia sunt uerba, & satis tutā facere conscientiam potentia, si credas, & sequaris, contempto totius mundi usu cōtrario.

Q V A R T O.

Qui sacrificat, dat deo. In missa nos accipimus a deo.

Et dixit, Accipite, scilicet non solū exemplo, & facto ostendit, nō sacrificiū deo exhibitū, sed donū hōibz datū, Eucharistiam esse, sed & uerbo cōfirmat, iubens ut accipiant. Cur nō sic ait, Offerite uel sacrificate? An papistas iterū ignorantia grāmatice impedit, ne sciant, qđ significet Accipere? Neq; enī accipere hic sonat, ut tollant manibus, ceu alienū bonū alteri exhibitū, seu oblaturi, sed ut sibi ipsi uendicent, & in suū cōmodū uertant, tanquā donum ac iā rem propriā. Possessores enī facit doni, cū dicit, Accipite, nempe illud, qđ dedit & fregit. Nihil ergo offerri deo, permittit hoc uerbū accipiendi, sed probat, a deo uenire, hōibz accipientibus donū. Quid potest contra tam clara uerba opponi? Adhuc Sodomæ illæ, et Gomorrę nos accusant, quod nobis solis arrogemus intelligentiam scripturæ? Surgāt, resistent, dent aliam, & configant oculos tam aperti euangelij. Nō enim sufficit dicere, Hęc ppositio est scandalosa. Scimus & uolumus Christū esse scandalū Iudæis, & signū contraditiōis Israeli, & lapidē offensionis Synagogæ Satanæ, & abominatiōnē lupanaribus papisticis.

Q V I N T O.

Comedite, et bibite. Hoc est uniuersum opus, qđ in Eucharistia facere iubemur. Ideo enī frangit, dat, iubet accipere, ut comedamus & bibamus, & post hęc memoriā eius p̄dicemus. Sic & apostolus, nullū aliud opus in eucharistia nouit, nisi comedere & bibere, dū uerba Christi repetit dicens, Quotiescūq; ergo manducabitis panē hunc, & calicē bibetis, mortē dñi annuntiabit, donec ueniat. Nihil hic offerre, nihil operari, sed accipere

tantū comedere & bibere mandaf. Neq; enim, qd comedimus
 et bibimus, offerre possumus, cū potius auferamus, et nobis de-
 mus, & intra nos recipiamus. Et nō pudet, aduersus tā euidentē
 tia, & certa uerba, sacrificium facere, & offerre deo, qd comedi-
 mus & bibimus. Natura enī sacrificij est, p̄sertim perfectissimi,
 qd holocaustū uocant, totū deo offerri, nihil ex eo hōibus relin-
 qui. Si autē uictima, aut pro peccato fuerit, saltem aliquā partē
 deo relinqui totā, cur ergo nos, panē & uinum totū comedimus
 & bibimus, nihil relinquētes deo? Cur nō totū ei relinqm̄us, cū
 uelimus hoc p̄fectissimū esse sacrificiū? ubi hic subsistet ratio sa-
 crificij? Neq; enī garrere sufficit, christū offerri a nobis sub pane
 & uino. Nā & ipsum sumimus sub pane & uino, at nihil sumi a
 nobis debet de sacrificio, et holocausto dñi. Pugnāt, offerri deo,
 & sumi a nobis. Accipiebant leuitæ olim a populo Israel oblata
 eorū, sed nihil eorū sumebant, q̄ offerenda erant deo. Sic & dū
 corpora n̄a, & laudes sacrificamus, nihil nobis, sed oīa soli deo
 exhibemus, ut stet ratio sacrificij, etiā spiritualis. Prorsus inaudi-
 tū igit̄ monstrū est, sacrificiū istud papisticum, ut fere ipse Papa
 cū suo corpe toto nō sit æque monstruosus. Totū nos uoramus,
 & totū deo offerimus, hoc est tātū dicere, neq; uoramus, si offe-
 rimus, neq; offerimus, si uoramus. Et ita dum utrūq; facimus,
 neutrū facimus. Quis audiuit unquā talia? Oīa sibi pugnatissi-
 me cōtradiciūt, & inuicē sese cōsumūt, aut necessario, & infalli-
 biliter cōcludunt, eucharistiā sacrificiū esse non posse. Diluant
 hæc rogo Louanien̄, & Parthisien. **U S E X T O.**

Hoc est corpus meū, Hic est calix sanguinis mei. Hic pignus
 & signū promissionis apponit. Ita enī habet cōsiliū diuinæ bo-
 nitatis, suas promissiones aliquo pignore ceu sigillo signare, &
 mūnire. Sic Abrahamæ imposuit circūcisionē pro signaculo pacti
 & promissōis de semine suo donatæ. Et Noe, cū promitteret se
 fore deū semini suo, nec ultra terram dissipaturū, apposuit pro
 signo memorabili arcum in nubibus. Sic deinceps fere omnes
 promissiones aliquo signo firmauit, adeo ut hoc more Isaias iu-
 beret Achaz regem Iuda, ut peteret signum a domino promita-
 tente liberationem populi de manu regis Syriæ & Samariæ.

Ratio sacra-
 menti.

Promissiones
signis confirmantur.

A pud hoīes quoq; pacta, promissa, & federa non solum uerbis
sunt literis, sed additis aliquibus pignoribus aut testibus firman-
tur. Si uerbis promittunt, stipulantur manibus, si literis, appen-
dunt sigilla, in robur pacti & promissi. Ita ut hæc promissio di-
uina nobis omnium esset certissima, fidemq; nostram tutissimam redde-
ret, apposuit pignus & sigillū, omnium fidelissimū & præciosissi-
mū, scilicet ipsummet precium promissionis, corpus & sanguinem
propriū, sub pane & uino, q̄ nobis emeruit, promissionis diuiti-
as donari, q̄d & impendit, ut promissionem acciperemus. Quo-
modo ergo sacrificiū, & opus nostrū facere possumus, ex pigno-
re & sigillo dei, nobis donato, & promissioni suæ appenso? Quis
inter hoīes sigillū et pignus promittentis, offert ipsi promittenti,
ac nō potius accipit a promittente, & sibi seruat, hoc ipso tenens
sibi obstrictū promissorē, certissima fiducia expectans eius ue-
ritatē & impletionē. Ita & nos diuinā maiestatem hoc inestimabili
pignore nobis donato tenemus obstrictam, de cetero cū sum-
ma certitudine, & dulcissima, pacatissimaq; fiducia expectan-
tes, ut impleat q̄d promissit, & cuius promissionis tam præciosum, si-
biq; charissimū pignus dedit. Et tu impia turba Pape, nos offer-
re, & a nobis abijcere doces hæc incomparabilia dona & gaudia.
Et quis nō summa indignatione discrucietur super hos cruen-
tissimos animicidas, qui nobis hanc dei charitatem obscurant,
hanc certitudinem cordis labefaciunt, hanc securitatem fiduciamque
scribunt, & pro charitate dei, iram dei, pro fide opera, pro certitu-
dine trepidationem, pro securitate confusionem statuunt. Dū
enim sacrificiū faciunt ex Eucharistia, nōne incertos nos faci-
unt? Quis enim sciat, an placeat suū sacrificiū? Da unū ex istis
sacrificulis, q̄ audeat, certū sese asserere, suū sacrificiū esse acce-
ptum. Omnes enim in incertum currunt & aera pugno uerberant,
semper & ubiq; sacrificantes, nunquam autē ad certitudinem perue-
nientes, quia amissa promissione infallibilis dei, suis sacrificiis
& operibus incertissimis ferunt. Deinde cū sacrificant, necesse
est, cogitent, deū placare. Velle autē deū placare, est eū iratum
& implacatū credere. Credere autē iratū, est expectare iam potius

Quæ Hieremias
opus habet eccle-
sia q̄ deplora-
rent hæc.

us, quā charitatē, mala potius quā bona. At eucharistia salubriter accepturis, necesse est credere deū summa charitate iam dudū placatissimū, ultro donare id, q̄ nihil habet charius, ita ut nihil eque pugnet aduersus eucharistiā fructū, atq; hæc sacrilega opinio papistarū, & nocentissima conscientia, deū esse iratū, & hoc sacrificio placandū, qui nisi summe esset placatus, & amantiss, tantas suas opes nec exhiberet, nec effunderet. Vides ergo ut sacrifices isti, uerius carnifices, suo sacrificio nos docēt incurere horrenda, & pericula, & oīa bona in mala, uiuifica in mortifera, salutifera in damnabilia, certa in incerta, fidē in dubium, securitatē in pauorem. Breuiter, ipsā diuinam charitatē in irā, & amorem in odium, patrem in hostem, cœlum in infernum, & summa in infima uertere, oīa miscere, confundere & perturbare. Non autē sic incertus es, nec iram cogitas, si eucharistiā solū promissionem, non sacrificiū esse cognoscis. Certus enim es, deū mētiri non posse in suis promissionibus, sed sicut placatū, & amantem sese promittit & exhibet, ita eū absq; dubio habes, si saltem promittenti credis. Deinde cū illū non nisi bona sua promittere ibi intelligis, mox exonerata & læta conscientia intelligis, nihil a te exigī honorū, quæ tu offeras, sed tantū inuitari, & blandissime allici, ut bona accipias, quæ ille tibi proponit. At ubi sacrificare uolueris, necesse est, tecū afferas conscientiam oneratissimā, quæ cogitet, non nisi infinita exigī, quæ offeras, prorsus præ angustia nihil uidēs honorū, quæ accipere debeas. Ita fit, ut ubi summa dulcedo cordis erga deū regnare debet, ibi tyranniser summa angustia et tribulatio. Hoc scilicet uoluit Satan per istud impium & peruersum sacrificiū.

C S E P T I M O.

Quod pro uobis datur. Item, qui pro uobis effundēt in remissionē peccatorū. Hic signat res ipsa promissionis, quæ est, remissio peccatorū. O dulcis & potens promissio, sed simul impatientissima sacrificij. Ideo enim datur corpus & sanguis, ut nos salu simus, remissis omnibus peccatis. Ecce hæc sunt illa bona, quæ tibi exhibent in eucharistia. Putas hæc posse exhiberi ab ira

remissio pec-
catorū.

Des savi-
ficulos ido-
lolatras?
esse

to, & implacato deo, ac non potius ab indulgentissimo, amantissimo, sollicitissimo pro nobis patre? Quid amplius promittere potuit, quā remissionē peccatorū. Quid est remissio peccatorū, nisi gratia, salus, hæreditas, uita, pax, gloria æterna, in ipso deo? Et tu insane & impie papista, tuo sacrificio, aliū tibi fingis deum in eucharistia. Nonne iam dudū uides, oēs sacrifices, idolatras esse, & toties idolatriā perficere, quoties sacrificant? Non enim uere deū cogitant, sed idolum sui cordis formant, cogitantes & credentes, esse hic deū aliquem iratū & placandū, qui plane in eucharistia nec est, nec eē potest. Atq; uere iratus tibi est, & manet, sicuti credis, quia extra eucharistiæ fidē es, & promissioni eius non credis, nihilo differens ab Ethnico & Iudæo, nisi quod maiori peccato in hæc bona peccas, dū sacrificio tuo magis irritas, & incurris in iram, cæterū infidelitate & impietate similis es, tantū titulo Christianus, & tantū rasura sacerdos. Deniq; ut sacrilegam placandi cogitationē tibi adimeret inter uerba, ipse met tibi signat, & indicat, quo sit placandus & placatus, dū dicit, Quod pro uobis dat, Qui pro uobis effundet. Desine, rogo, tuas perditas placationes præsumere. Vnum est, quo placat (ut ita dicā) solissimū & unicissimū, ne speres ultra hoc, ullū aliud placandi, aut sacrificiū aut consiliū reliquū esse. Maior est illa maiestas, quā ut totius orbis sanguine, & omnium angelorum meritis placari possit. Corpus Christi dat, & sanguis eius fundit, & sic placatur. pro te enim dat & funditur, sicut dicit, pro uobis. Cur pro nobis, nisi ut placet ira dei, quæ imminet peccatis nostris? Placata autē ira, remittuntur peccata. Hoc est, quod dicit, dari et effundi in remissionē peccatorū. Nisi enī daret et effunderetur, ira maneret, & peccata retinerent. Hic uides, quā nihil ualeat opus satisfactionis, aut sacrificium placationis, sed sola fides dati corporis, & effusi sanguinis pro placatione. Ne fides ipsa quidē placat, sed apprehendit, & obtinet placationē per Christum factam, quanto magis tua stulta placatio, & sine fide, & sine Christo, nihil impetrabit, nisi maiorem iram. Stat firma sententia, Hoc corpus datur pro uobis. Vos nihil dare nec offerre

potestis in placatione aut remissionem, sed gratis donatur vobis, sed non gratis donatur Christo, hoc donum dei in nobis, quia corpus et sanguinem pro eo, propter nos tradit, ut diligamus, gaudeamus, grati simus diuinae misericordiae, pro inenarrabili suo hoc dono, indignis nobis donato. Non ergo sacrificandum & dandum est in eucharistia ab hominibus, sed tantum credendum & accipiendum a deo.

Mex quibus nunc euidenter sequitur, eucharistiam seu missam prorsus nulli alteri posse applicari, & comunicari. Quid enim ad me, quod usus uniuersi orbis papistici aliter sentit, & facere presumit: Numquid fidei dei illi euacuabunt, aut ignoramus, praedictum esse, totum orbem seductum iri erroribus Antichristi, qui est Papa? Verba dei non fallunt nos, nec deserunt, etiam in medio umbrae mortis. Quae ut uides, quam nihil exigant, nisi fidem, cum sint purissimae, ternerime, opulentissime promissiones. At fides in promissionem suam cuique seorsum est, nulli potens applicari aut comunicari. Neque enim ego pro te credere possum, sicut nec tu pro me. Ita non est meum, promissionem dei tibi applicare uel comunicare, sed tua propria fide, eam tibi applices, necesse est. Stat enim sententia, Qui non crediderit, condemnabitur. Proinde Cananei isti missarii, & turpissimi lucri sacrifices, dum fraternitates iactant, missarumque participia uendunt, nihil aliud faciunt, quam quod stultum orbem dementant & illudunt, secumque ad inferos trahunt, simul rapientes eorum substantias, sacrilegis mendaciarum, & ludificationibus. Et hic reuelant fundamenta orbis terre, ab increpatione huius spiritus. Apparet enim, super quod fundamentum episcopatus, collegia, monasteria, temples, sacella, altaria, & uniuersum regnum hoc sacerdotale papisticae ecclesiae sit aedificatum. Nonne omnia super missarum sacrificia sunt aedificata: hoc est, super idolatriam pessimam omnium, super mendacia impurissima, super abusum eucharistiae peruerissimum, super infidelitatem plusquam gentilem. Et hinc iusto iudicio dei factum, ut opes horum non seruiant, nisi profusissimae luxuriae, libidini, pompae, ocio, breuiter, soli abominationi Romae, sicut dignum est. Talibus, non remunerari debuit autor huius blasphemi sacerdotij.

Missae quae alijs comunicantur.

Contra Missae fraternitates.

Habent tñ, quo sese aduersus hæc consolent, & securos faciant. Nempe, qđ eis incredibile sit, unū Lutherū recta sapere, sese uero oēs errare, sicut Zedechias percutiens unicū prophetam dñi Micheam, nō putabat credendum esse, oēs prophetas alios spiritu mendacij possessos, & unū illū spiritu dñi plenū esse, dignissimū plane argumentū papistis, qđ a multitudine trahit, aduersus clarissimū uerbū dei. Quid enim placeret mēdacibus supra mendacia ædificatis, nisi mēdaciū? Quid autē odio haberēt dignius, quā uerbū ueritatis, redarguens eorū mēdacia, siue eos.

Quid testamentum.

O C T A U O

Nouū testamentū. Ecce testamentū ipsemet uocat eucharistiam, quo quid pugnātius esse potest sacrificio? Si Parrhisien. Sodomā & Louanicē, Gomorra, & uniuersa Babylō Papæ, suū Aristotelem didicissent, agerem cum eis per definitionis locum, si quo modo possent tam crassa capita aliquando uidere, quid differret sacrificiū & testamentum. Sed quia sola multitudine rasorum sua stabiliunt, nec diuinam, nec humanam auctoritatē spectantes, dimittamus asinos mutuo suis rudibus plaudere, & nostra prosequamur. **T**estamentum hoc differt a promissione, quod testamentum est morituri, promissio uiuentis. Sic enim Hebræorum. ix. dicit, Vbi testamentum est, ibi mors testatoris intercedat, necesse est. Testamentum enim in mortuis confirmatum est, alioqui nondum ualet, dum uiuit, qui testatus est. Cum uero deus in scripturis promissiones suas passim testamentū uocat, eo uerbo significauit se aliquando moriturū esse. rursus cum promissiones uocat, uicturum se significat, ut uno hoc uerbo sese futurum hominē, simul moriturū, & semper uicturum comprehenderet. De quo nunc non est locus dicendi. Est igitur testamentū, nuncupatio morituri, qua disponit suā hæreditatem certis hæredibus. De qua re, cū in Galatis meis dixērīm, hic breuior esse debeo. Quatuor ergo integrantes testamentum, Testator, Verbū uel codex nuncupationis & promissionis, Hæreditas, Hæredes, quæ in hoc testamento uideamus. Testator Christus est moriturus, Verba testamenti sunt, quæ nunc uerba consecrationis uocant, Hæreditas est remissio peccatorum

Testamentum
promissio.

In testamēto promissa. Hæredes sunt, omnes qui credunt, nempe sancti & electi filij dei. Vnde Apostolus Tit. i. fidem Christianam uocat fidem apostolorum. Tu nūc ipse lector, uide impietatem sacrificum istorū, qui e testamento sacrificiū fecere. Deus testatur & largit̄, at illi offerunt & sacrificant. Quid ergo faciunt? Primum negant testamētū esse, & cogūt deū, aut mentiri, aut insanire, dū testamētū ipse uocat. Afferuisse enim sacrificium, est negasse testamētū, cū impossibile sit, idem sacrificium & testamētum esse, cum illud demus, hoc accipiamus. illud ad deum, hoc a deo ueniat, illud per nos, hoc sine nobis fiat. Et quid pergam differentias dati & accepti afferre, cū & beatia, & inanimata hoc sentiant? Nec patet hic Sophistis cauillandi locus, quod alio respectu sit sacrificium, alio testamētū, tantum unus est deus, et una ecclesia, iter q̄s solos mediat deorsum testamētū, et sursum sacrificiū. Fateor, sacrificiū est respectu dei papistarū, at hic idolum cordis eorum est, respectu nostri & ueri dei, non nisi testamētum esse potest.

Secūdo & testatorē Christū esse negāt. Quomodo em̄ testatorem agnoscerent, cuius testamētum negant? Non enim accipere ab eo quicquam, sed tantum offerre ei uolunt, qua peruersitate non suspiciunt eum, largum testatorem suorum bonorū, sed inexplebilem exactorem alienorum, seu nostrorum.

Tertio, & hæreditatem negant, non enim quærunt gratuitā remissionem peccatorum eam, quam Christus dato corpore, & sanguine fuso nobis parauit, sed propriam & nouam suo sacrificio impetrare laborant. Laborare enim oportet hos sanctos, ne misericordiā dei gratis accipiant. Insuper unus est furor oīm præparatorijs orationibus, confessionibus præuijs, sic sese mēdos & sanctos reddere, ut eucharistiam digni accipiant, ne sit aliquid ibi, q̄d remitti debeat, sed omnino spectabiles in mundicia sua compareant, & sanguinem Christi in remissionē peccatorū fustum rideant, quæ tamen peruersitas alia nascitur origine. Nempe quod peccatum nullum cognouerūt, nisi actuale propositum malī in uolūtate. Cætera omnia sunt naturales uis

res, & imperfectiones, aut ad summū soli reatus quædā relationes, quæ Christo non egent. Ita fit, ut momentanea contritiōe hoc sanctissimū sacerdotiū, sese plene purget, nec amplius opus habeat testamento remissionis peccatorum. Et sic mundi accedunt, q̄ nō debent accedere, nisi q̄ remissione peccatorū egent. Verū de peccati cognitione hic non est locus. Quarto negant & hæredes. Hæredes enim diximus esse eos solos, qui credunt huic testamento, ipsi uero sacrificantes faciunt capaces & hæredes. Eos enī adducunt, qui operibus suis ac sacrificio nitunt̄, scilicet tam inquietas, pauidas, & confusas conscientias, ut nō solū non credant, sed ne hoc quidē sciant, an credendū sit. Ignorant enim esse promissionē & testamentū, quod fidem exigat, sed sacrificiū esse opinant̄, quod opera requirat. Ita uides, papisticū sacerdotiū infelix hominū genus, prorsus ægyptijs tenebris captū, nihil omnino intelligere, quid sit eucharistia, qd præstet, & quo usu, quo fructu sit tractanda.

CONFUTATIO EORVM QVAE
pro sacrificio tradunt̄.

Et hanc eorū sapientiam super eucharistia spirant oēs eorū disputationes, sermones, cantica, & quicquid de hac re tractant. Verba cōsecratiōis uocant, nō uerba testamenti. Et hic uideas sudare heroas istos in stadio, ut probent mirabilia istius cōsecratiōis, ut panis transeat, ut fiat nihil, ut corpus Christi sub pane esse possit, tantū est Aristoteli mortuo, & suæ gloriose philosophi negotiū, ut hic eius infernus uideri possit. Cæterū ut fides & testamentū populo tradat̄, tantū abest, ut aliqñ cogitent, ut nihil æque hereticū ducant, atq̄ si pestilentissimis eorū nugis cōtemptis, fidē & testamentū in hac re q̄ras. Extat historia corporis Christi, sic tortis deprauatisq̄ scripturis cōsuta, ut uideat̄, a summo dei hoste conflata, nisi sint alicuius phrenetici aut arrepticij somnia. Ibi Melchisedech, pducit̄, panē et uinū offerēs. Producit̄ hædus filiorum Israel imolatus, panis subcinericius Elię, carnes Iob, manna patrū, Isaac imolatus. Et qd nō? Hęc oīa sunt bello istī authori, figuræ eucharistiæ. Mirū qd & asinā Balaā & mulā

Historia fe-
sti corporis
Christi.

David nō itexuerit, cū nō minus apte potuerit figurare, qđ ille
 asinus & mulus p̄dictis historijs figuratū uoluit. Tū pontifex ī
 lectūōibus surgens in mediū sesquipedali hiatu, ut speres ipsum
 spiritum sanctū meras de fide & testamento, delicias, & diuitias
 effusurū, incipit procerio papa digno, tū mox proripit sese ad
 philosophiā Aristot. egregiā illam, & pulchre Christianā cōcio-
 nē de accidentibus & subiecto, de transsubstantiatiōe cōsumas-
 turus. Vbi uero Aristotele finiuit, & adhuc esuriant aīæ, imo
 stercora hominū pro uerbo dei uorauerūt, largit sanctissimus
 in Christo pater, de plenitudine thesauri nubes indulgentiarū
 ijs, q̄ hac uocū & rerū Babylonas audiuerunt. Et tū audet hic
 bonus author in procerio fingere, sibi dulces lachrymas stilla-
 re per oculos, dū ista diuinæ bonitatis beneficia meditat. Tu
 nunc uide, an Aristoteles contemendus sit, qui mortuus Pa-
 pam tam eruditū & piū facit, ut præ pietate lachrymetur. Me-
 miserū, qui ista portenta & ludibria Satanæ uidere cogor, per
 irā dei inestimabilē, pro serijs & salutaribus rebus proponi in-
 foelicissimis Christianis. Vbi sunt hic lachrymæ? ubi qui se mu-
 rō opponant deo pro Israel in hoc die furoris domini.

Ut finem huius loci faciamus, Caueat Christianus, præser-
 tim sacerdotes, ne sacrificiū e testamento dei faciant. Neq; enī
 uetus testamentum per angelos dispositum, patitur sese sacrifi-
 cium dici, cū sit uerbū legis, confirmatum quidem per sacrificia
 pecudū, sed non oblatū. Angeli enī dederunt legē, populus ac-
 cepit legē, nō obtulit legē. Multo minus nouū testamētū sacri-
 ficiū esse potest, per ipsum dominū dispositū, cū sit uerbū pro-
 missionis seu gratiæ, confirmatū quidem per sacrificium Christi
 in cruce, sed nō etiā ipsum oblatū. Quā stultus itaq; uel impius
 ille esset, qui uetus testamētū, scilicet legē datā & acceptā dice-
 ret sacrificiū esse, tā stultus atq; magis multo est, qui nouū testa-
 mētū, scilicet promissionē datā & acceptā, dicit sacrificiū esse.
 Atq; ut uetus testamētū lex, mādabat diligentissime doceri,
 inculcari, & ubiq; memorari. Ita & hoc nouū testamētū man-
 dat CHRISTVS publice doceri, & oībus, & ubiq; memorari.

Est enim in eo summa tota euangelij, sicut Paulus ipse explicat. Quotiescūq; enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annuntiabitis. Si enim quæras, quid sit euangelium, respondebis, nihil aliud, quam quod uerba huius testamenti habent, scilicet Christum dedisse corpus suum, & fuisse sanguinem suum pro nobis in remissionem peccatorum. Hæc est prædicatio, quæ in ecclesia uigere debet. Et impij illi, nobis uerba consecrationis ex eis fecerunt, & sic cælanda, ut nullum Christianum, quantumvis sanctum, uelint ea nosse. Et digne pro suo sacerdotio, quo fidem & uerbum extinguere debuerunt toto orbe, ut hoc priuatim in missis signarent, quod publice per mundum operantur. Imprimenda itaque sunt hæc uerba omni Christiano cordi, ceu compendium totius euangelij, & instituendus ipse, ut horum memoria assidue exerceret, alat, & roboret fidem suam in Christum, maxime uero tum, cum percipit eucharistiam. Id quod uult minister, dum eleuat hostiam & calicem, nullo enim uerbo meminit sacrificij inter eleuandum, quod tamen oportuit quam maxime, quanquam quid referret, si nihil eleuaret? Ex hominibus enim ea est eleuatio, non ex instituto Christi. Potest tamen significare, ut sicut pignus istud promissionis eleuatur ad prouocandam fidem populi, ita & uerbum promissionis seu testamenti eleuandum esse ad publicum auditum populi ut omnes & testamentum audiant, & pignus uideant, utroque ad fidem excitentur & confirmentur.

Miror autem uiros istos prudentes non cogitare, quod Christus non in templo, sed in cænaculo, non super altari, sed super mensa, eucharistiam instituit & perfecit, cum lex Mosi tanto rigore prohibuerit, quicquam offerri extra templum, seu locum a deo electum. Et apostoli Act. iij. cum alias ubique legem seruarent, tamen panem frangebant, non in templo, sed citra domos, ut Lucas ait. Quare etiam hac ratione Christus pulchre præuenit, ne sacrificium esse possit, donum suum hoc salutare. Arbitror autem eos fuisse motos, ut sacrificium facerent, præter uerba canonicis, ex ipsa eleuatione. At quid facient de hostijs, pro populo consecratis? Nunquid ille eleuantur? Et quid differt sacerdos,

& populus in eucharistia percipienda, nisi quod sacerdos consecrat, & ministrat alijs: Si ergo infirmi aut accedentes, percipiendo eucharistiam, non sacrificant, ut nemo dubitat, que dementia est sacerdotis, eucharistiam sacrificium facere? cum in ea prorsus nihil habeat pre illis. Sed populum deus seruauit in simplicitate manentem, eos uero, qui seiplos sacerdotes fecerunt, & alijs praetulerunt, tradidit in sensum reprobum, ut & fide communem populi amitterent. Haec modo dicta uolo de uerbis his salutaribus, que spero satis abunde fide factura pijs conscientijs, ut omniposito scrupulo, cum fiducia ponant & sacrificij opinionem, teneantque testamenti certitudinem. Reliquum est, obiectis eorum respondeamus, quanquam ubi uerbis diuinis certi facti sumus, obiecta magis contemnere, quam repellere oporteat, tamen infirmis conscientijs, ex omni parte seruiendum est, ut undique firmæ sint, & non nutent.

D E C A N O N E

PRIMO obijcient canonem (quem uocant maiorem) in quo sacrificex dicit, Haec dona, haec munera, haec sancta sacrificia illibata. Et infra post consecrationem, Hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam &c. Hoc obiectum aliud nihil uult, quam quod solent iactare, Patres, patres, Decreta, decreta, Ecclesia, ecclesia, quoties nos a uerbis dei, in uerba hominum trahere conantur. Rursum si uerbum dei opponas, oclulis auribus clamant, Non intelligis sane, expositioni patrum credendum est. Ita sub nomine patrum, pulchre nobis exterminant uerbum dei. Nos quoque hic dicimus, & multo fortius clamamus, Euangelium, euangelium, Christus, Christus. Cur non sic iactemus Christum, ut illi iactant Patres? Cur non euangelium, ut illi decreta? Quod si canonem opponat, iterum eorum quoque more clamemus. Non intelligitis sane canonem, expositione opus est. Quis, rogo, hic nostram litem componet? Si dixerint, aperta sunt uerba canonis, glosa non egent, dicemus & nos, Aperta sunt uerba euangelij, glosa non egent, & quicquid

G

De Missæ Canonē.

quid de suo, & pro suo canone iactabunt, idem de nostro & pro nostro euāgelio multo magis iactabimus, donec ste mus, & equales iactando facti fuerimus. Deinde mox triumphabimus, cum negare non possint, euāgelio cedere debere, quicquid non est euāgelium. Hanc enim iactantiam patribus & decretis suis dare non audebunt, ut eis cedere debeat, quicquid patres & decreta non fuerit. Quare hic uicimus, & dicimus, cede canon euāgelio, & da locū spiritui sancto, cū sis uerbum humanum. Et quanquā habeam, quod pro sano sensu canonis dicere possim, quod & alias feci, tū nunc non dignabor eū tali honore, sed gloriā dabo plenissime euāgelio, indubitata fide ei inheredo, & iuxta regulā iuris peritorum, uerba obscure loquentis interpretabor contra eū, non pro eo, dicamque ei iuxta parabolā, Domine canon uos estis inuitatus ad nuptias, & sedistis primo loco, sed ecce honoratior est inuitatus, imo ipse dominus inuitator adest, date ergo huic locū, & sedeat in nouissimo loco cū rubore, cur non in eo sedistis ab initio? Si habetis aliquē piū sensum, quē uolenter emunctis literis exponere quis possit, habeatis, sed uos aperte contra euāgelium sonatis, ideo uos damnamus, & contemnimus auctoritate diuina euāgelij. Et cur canonē uehamus tā sublimiter, cū superius monstratū sit, sacrifices istos non uno modo circa eucharistiā delectare, ut nihil mirū sit, si & canon eorum alicubi deleret. Quis etiā non uideat eū esse cōpositū ab aliquo uerbofo, & parū spirituali? Quid enim attinet uerbis ita superfluere? Hæc dona, hæc munera, hæc sacrificia. Itē, Hostiā purā, hostiā immaculatā. Et multa alia in eo iuste possunt redargui, licet ab istis sacerdotibus suis eleuatus sit super omnes articulos fidei. Nihil enim sanctius habet hoc canone, adeo, ut & ipsum euāgelium ei collatū sordeat coram eis. In quo tamen nihil a moribus suis alienū faciūt, cum aliud non studeant, quā ut iactent humana, contemnant diuina, obseruent quæ nullius pretij sunt, negligent quæ summi pretij sunt. Negamus itaque & damnamus canonē in hac parte, tāquam aduersarium euāgelij. Nec audimus, si clamet, ecclesiam non potuisse errare. Sacerdotes papistici non sunt ecclesia, & quos

Non esse interpretatio
aperta uerba
textus mutanda.

modo sancti in hoc errore habuerint, statim dicemus.

¶ Secundo obijcient sanctos, qui & hoc canone usi sunt, & mis-
sam pro sacrificio habuerunt, ut Greg. Bern. Bonaventurā, &
alios. Hic respondeo, nihil esse sub cœlo periculosius gestis san-
ctorū, testimonio scripturarū non roboratis. Cū em̄ cōstet, Iu-
stum septies cadere, & sanctos uarie peccare, quis nos certos fa-
ciet, hoc non esse peccatū, q̄ sine scripturæ testimonio gesserūt?
Laudo in hac parte S. Antoniū, qui hoc maxime inculcauit &
cōsuluit, ne quis aliquid operis tentaret, q̄d nō haberet autori-
tatem e scriptura, imo tutius est, hoc inter pctā sanctorū nume-
rare, q̄d sine autoritate scripturæ fecerūt, quā pro exēplo bo-
no imitari. Sanctos em̄ nō multū leseris, si incertum eorū factū
peccati damnaris. Agnoscūt em̄ sese pctōres. At uehemēter of-
fendes, si exemplo eorū tete ad præcipitium impuleris. Proinde
Christus uult nos nō humanis gestis, sed certis & fidelibus suis
uerbis niti. Iam et hoc cōstat e psal. iij. q̄d dominus mirificat san-
ctos suos. Et psal. lxxvj. Mirabilis est in sanctis suis, sinit eos in
multis & diu tā ignorare, quā errare. Peccauit Moses et Aaron,
lapsus est Dauid & Salomon, cecidit Petrus trina negatiōe, &
lapsus, cogebat gētes Iudaizare, Et quāto tempore queso, sinit
eos in peccatis uolui, antequam conuertat? Nonne omnes can-
tant, Priusquā humiliarer, ego deliqui? Et, Ego dixi in excessu
meo, omnis homo mendax. Dauid in media tribulatione pec-
cauit, credēs adulatori Siba aduersus Miphiboseh. Lot in sum-
ma tribulatione peccat cum filiabus suis. Quis uero ea uideat,
de quibus ipsimet dicunt, Delicta quis intelligit? ab occultis
meis munda me domine. Minima portio peccatorū cognoscit,
etiam ab ipsis sanctis. Sed ut in his peccatis & erroribus seruent
sancti, & pereant impij. Duplex est causa. Prior, quod sancti ha-
bent fidem Christi, qua absorpti, etsi multa faciant ignorantes,
quæ impijs essent ad mortem, semper resurgunt, & seruantur,
imo nunquam cadunt in malum. Incredibile est ijs, qui experti
non sunt, quāta sit uirtus fidei, maxime in peccatis. Hac fide cū
careant impij, etiā si optima sanctorum opera imitent, peccant,

Periculosa
exemplarū
sanctorum.

S. Antonij
iudicium.

Excusat pe-
ccata sancto-
rum.

G ij

ps. 118. Om̄s fidelis errores suos confitetur dicens. Erraui
sicut ovis que perijt: require seruum tuum: quia mandata
tua non sum oblitus.

2. posterior. Quod sancti hac fide eruditi, prorsus in sola miseria cordia nitunt, nulla sua opera aestimantes, quin oia iutilia & pctā esse ex ato confitent, perpetua humilitate. At hac confessio & humilitas non sinit, ut pereant in suis peccatis, & ignorantijs, et erroribus, cū deus humiles derelinquere, & confitentibus non parcere nō possit. Talis fuit Bernhardus, de tota uita sua dicēs in agone, Tempus meū perdidī, quia pdite uixi. Talis Aug. Ve hoīm uitæ quātumcūq; laudabili, si remota miscdia iudicet.

Augustini
exemplū.

Quā non uidemus in Augustino, quomodo retractet multos errores, in quibus utiq; perditio erat, nisi fide seruatus fuisset? Impij enim sunt pleriq; eius errores, sed confessio & timor dei, fecit eos ignoscibiles, & innoxios sibi, quos tamē si quis pto exemplo & lege sequatur, nonne in perniciem suam sequetur? Sicut & contingit multis, qui patrum dicta ceu infallibilia oracula sine iudicio sequuntur. Ex quibus clarum est, sanctos errare aliquando etiā in pietate & ueritate fidei, quod est, eos nondū esse perfectos, & tamen ob ceptam et crescentem fidem non perire, Perire autem eos, qui errorem hunc pro ueritate arripiunt, et in exemplum trahūt, ut prorsus nihil iuuēt neq; excuset, sanctorū gesta fuisse imitatum quempiam sine autoritate scripturæ agētium. Si enim sancti non errarent in fide, pietate, & scientia ueritatis, cur apostolus Petrus doceret, crescere in fide & cognitione Christi? Et Paulus, crescere in Christum, ne sicut pueri circumferamur omni uēto doctrinæ. At quod fidei deest, error & impietatis reliquū est, secundū quod, sanctos aliquando agere, dura huius uitæ miseria & necessitas cogit. Sunt ergo eo modo facta sanctorum sibiipsis innoxia, propter fidem, sed impijs, q̄ sacrificijs & operibus fidunt, perniciosissima exempla, quia nolunt discere fidem, sed tantum opera in sanctis. Cū Apostolus Heb. xij. mander, ut conuersationem sanctorū intreamur, sed sicut imitemur eorum fidem. Nostri autem papistæ dicunt. S. Bernhardus sic fecit, ergo sic est faciendum. S. Augustinus sic fecit, ergo sic est faciendū, animalia scilicet immunda, nec ruminantia, nec unguulam diuidentia, solum in opera intenti, irruunt.

sic
ut

cum tota securitate. Ita & hic in sacrificio missæ illis contingit, & Immunda
 adhuc absq; dubio bonis & electis uiris cōtingit, ut simplici cor animalia q̄
 dis fide celebrent, arbitantes pio errore sacrificium esse. Verū non discer-
 quia nō in sacrificium hoc confidunt, imo pro inuiti & peccati nunt opera
 opere habent, quod ipsi faciunt, pura & sola misericordia nixi, spirituum.
 seruantur, ne errore pereant. Quos cum imitatur securi isti ope-
 rum sacerdotes, sine hac fide, sacrificium suum egregie tollunt,
 & secure alijs uendūt, unde merent̄, errorē hunc sibi non igno-
 sci, sed imputari, & sic perdi exemplo erroneo sanctorum. Cor-
 da enim & renes inueterur, iudicat & probat deus. Ideo unius er-
 rorem fert & ignoscit, & eundē in alio damnat & punit, ob cor-
 dium in fide & humilitate diuersitatē. Tales aut̄ fuisse sanctos, s. Bernhar-
 quales dixi, illud Bernardi mihi persuadet, dū pusillanīmē fra- di exemplū.
 trem coegit celebrare, dicēs, Vade frater, celebra in fide mea. q̄
 cum sic faceret, liberatus est. Vides, ut in fide uir sanctus totus
 incesserit, quæ non potest permittere, ut perdat, quantumlibet
 magnus error. Hæc scio sophistis mire displicitura, quos contē-
 no, modo pijs cōscientijs profuero, quas ipsi excarnificant.

Cognito itaq; errore, iam non licet denuo errare, & missam
 pro sacrificio habere. Hoc enim iam esset in totam fidem, & cō-
 tra conscientiam peccare. Neq; hic fides aut cōfessio excusaret. Error pius
 Non enim potes dicere, uolo pie errare. Pius error est ignoran-
 tiæ, non scientiæ, quales Apostolus tolerare iubet in infirmita-
 te eorū Rho. xiiij. Ita eos, qui ignorant adhuc errorem, si tamē
 fide misericordiæ dei utuunt, non licet damnare aut spernere,
 donec & ipsi errorem intelligant. Hoc autem agendum est, ut
 error reueletur, & non pro ueritate statuatur, ne multiplicentur
 peccata impiorum, & infirmis scandala in uia relinquant. De
 isto errore sanctorum, & pernicioso exemplo eorum dicit Chri-
 stus Matthæi. xxiiij. Dabunt signa & prodigia, ut in errorē du-
 cant, si fieri potest, etiam electos. Neq; enim uult Christus hoc
 loco, electos suos non esse erraturos. Quid enim hoc ualeret ad
 magnitudinem exaggerati periculi, si nullus electus periclite-
 tur. Sed sensus eius est, quo in oratione dominica dicit, Et ne-
 C. iij.

*

Mdit
25.

Ps. 35.

de improborū errore dr. Verba oris eiq; iniquitas et
 dolus: noluit intelligere: ut bene ageret. Et.

De sanctoru erroribus

nos inducas in tentationem, non ut non tentemur, sed ne deficiat fides Petri, in hac tentatione, & præualeat tentatio in finē, ut non sit reditus e tentatione. Ita hic in errorem non inducent electi, nō ut nō errent, imo ut maxime errent una cum impijs. Hoc em̄ faciet periculi magnitudo. sed non deficient in errore, nec præualebit error in finē, quanquā uix euadant, ne præualeat. Inducēt (inquit) in errorem, si fieri potest, electos, hoc est, inductos in errorem tenebunt, ut uideantur cū eis in errore manere, & perire. Nonne hoc in Bernhar. Gr̄. Bonauen. & multis alijs uidemus, qui in multis & magnis erroribus permanferunt cū impijs. Bernhar. & Bonauen. Franciscus, Dominicus cum suis Papam ignorantēs, & suū regnū coluerunt, credētes omnia eius bona, et recta, & ex deo esse, quod est manifeste contra euangeliū in multis locis. Deniq; ipsimet euangeliū in Papā interpretati sunt multis & magnis erroribus. Nonne impiū est, petram Math. xvi. Papā credere. Nonne impiū est, male facere homines, supra q̄s Petrus & papa ambulent, id est, dominant. Nonne impiū est, uerbo pascendi, tyrannidē papæ stabilire, & tamen sanctorū sunt hi multi similes errores, sed ignorantū & fide simplici in Christo herentiū, unde eis ignouit deus. Atq; cognitū errorē tuent, & in illū nitunt, ceu in ueritatem, patres sequuntur, sed ad patres nō perueniēt, quia id quod patres tandē reliquerunt, & pro q̄ ueniā obtinuerunt, sequuntur sine ueniā, & nunquam relicturi, sed ut articulum fidei seruaturi.

Tertio obijciunt syluam illam exemplorum, in quibus multi spiritus etiā bonis & sanctis uiris apparuere, petentes missarū sacrificia, pro sui redemptione. Hic mihi libere loquendum est. Dubium non est, quin totū sit Satanæ negociū, quicquid uspiā est spirituum apparentium, tumultuantium, quæulantium, & quoduis quouis modo machinantū in hoc potissimum anhelantis, ut eucharistiam euacuaret, & de terra aboleret, & in ludibriū suum uerteret. Videbat enim hac una re, & uerbum & fidem foeliciter plantari, rigari, crescere, & roborari in uastitatem principatus sui tenebrosi & mali, ideo plane angelica sua astus

De manibꝫ
seu spiritibꝫ
his mortuo-
rum.

De spiritu-
um appari-
tione.

in x
contra

etia usus est, ad abolendū hoc uictoriosum mysterium, & profecit, donec missa ferme solis mortuis seruiat, quæ pro uiuis solū est instituta, nisi quod sacrificos istos totius orbis opibus pascit, & saginat. Probato igitur, non esse animas mortuorum, quæ obambulant, & uel saluandas, uel damnandas sese confitentur. Primū, quod huius rei prorsus nullum habet exemplum diuina scriptura, sine cuius autoritate (ut diximus) quicquid fit, suspēctū esse debet, siue per homines, siue per angelos fiat. Verbum enim suum uult deus esse nobis lucernam in loco isto squallido, ut Petrus ait. Et psal. c. xviij. Lucerna pedibus meis uerbum tuum, & lumen semitis meis. Et Christus Ioannis. viij. Ego sum lux mundi, Vbi ergo ista lucerna & lux non lucet, quis audeat sequi & credere? Nonne in tenebris ambulat, qui sic ambulat, sicut dicit, Qui sequitur me, nō ambulat in tenebris. Proculdubio uolens, quod in tenebris ambulet, qui illum non habet præeuntem, quem sequatur. Esto. S. Gregorius præ cæteris in dialogo scribat Paschaliū, & alios mortuos apparuisse, suffragia postulasse, & responsa dedisse. Quis nos certos facit, Gregoriū cum suis non fuisse hic falsum? Quo minus enim tutū sit ei credere, obstat prædicta oracula, tū illud in primis, qd Christus seducendos electos prædixit. Et Paulus operationes erroris uehementer intētat. Tutius itaq; fuerit, totū purgatoriū negare, quā Gregorio hoc loco credere, qd hic sit periculū erroris, illic nullū periculū, ut qui tum falli potuit, teste Christo, tū sine scriptura loquit, & facit. Nā deus ipse, sua signa nūquā sine uerbo operatur. Primū em̄ loquit, deinde addit signa. Et ut Marcus ait, sermone cōfirmat, sequētibus signis, nō utiq; præcedentibus, aut solis uenientibus. Sed & Amos. iij. dicit, Nō faciet deus rē, nisi reuelauerit secretū suū ad seruos suos prophetas. Itē Apostolus Heb. ij. dicit, deū fuisse contestatū signis, prodigijs, uirtutibus, & distributiōibus spiritus sancti, sed pcedenti uerbo salutis. Signa em̄ diuina sunt testimonia & robora uerbi diuini, ceu sigilla et signature Epistolarū. Scilicet ut his scripturæ armis munitus, nō dubites, ea signa, q̄ sine vbo sola ueniūt, aut ante vbu ueniunt, eē certissimas opatiōes satanę, pmittēte deo, tētari fidē tuā.

De ijs, qui Gregorio apparuerunt.

Signa dei non carent uerbo.

19

Amos 3.
Heb. 2.

De spirituum apparitionibus

oconomus
Gregorij

Tam cum certus & securissimus sis, nihil credi oportere, quod deus non exegit credi, cur non istos spiritus contemnis cum fiducia, siue per sanctos, siue per peccatores, celebratos? cum sine peccato & periculo contemnere possis liberrime, nec habeas timere, ne deum offendas, non credendo, qui solum suis uerbis te uult credere. Contra, quid periculo te committis, credendo eis, sine causa & necessitate, ut etiam hac ratione uideas, eos spiritus satanae esse, quod liceat eis non credere. Non enim deus talia operatur, quibus liceat non credere. Hoc enim ad leues & illusorios spiritus pertinet, dei scria sunt opera, fide exigentia, per uerbum & ministros tibi proposita. Neque ipsum Christum nasci, pati, & resurgere uoluit, summum operum eius, nisi precedentibus prophetis uarijs & testimonijs. Quid quod euidens est, Gregorium esse falsum, per animam oconomus sui, quem ob tres aureos inter chartas repertos post mortem eius magno, sed inani terrore fratrum uelut damnatum, cum aureis sepeliuit, anathemate percussum, & postea triginta dierum missis de purgatorio liberauit. Quis hic non uidet, sancto uiro a Satano esse impositum? Puerili plane errore, sed qui fide et humilitate in ipso regnantibus damna bilis ei non fuit. Scilicet spiritus nequam sinxit se, ob tres aureos passum ignes purgatorij, & triginta missis liberatum, ut prospere rarentur signa & prodigia, quibus in errorem ducerent electi, & efficax fieret operatio erroris in uindictam incredulorum. Quis enim credat, oconomum hunc peccasse in deum, qui tres illos aureos forte nullo malo anio, sed mera incuria inter chartas reliquit, quasi non multo furari potuisset, si pecuniae studio id fecisset, aut non alio loco recondidisset, si peccare placuisset. Deinde si quam maxime malo animo fecisset, non tamen nisi in traditiuncula istam humanam peccasset Gregorius uir sanctus, sed non uno tantum loco, superstitionis, arripuit occasionem pro terrendis conscientijs, & stabiliendis traditionibus hominum, quibus quod libens & promptus cooperetur satanas, satis docet Paulus. ij. Timot. iij. quod sciat per has foeliciter opera erigi, & fidem aboleri.

Sic & illud de S. Seuerino manifestissimum est Satanae com-

Ex his duobus s. Greg. exemplis mirum in modum creuerunt mundinationes Messarum.

Σϩ. Seuerino
colomen.
epus.
Seuerini ex-
emplum.

mentum, quod passim uulgatur, qui post mortem respondit in-
tolleabiles penas sese pati, non qd in diuina madata peccasset,
sed nec in humana, nisi quod horas canonicas, exigētibz occu-
pationibus, nō suis stas tēporibus, sed pueniens mane uno tē-
pore & tenore absoluerit simul. Pudet tam ridiculis & puerilis
bus in ecclesia ludificatiōibus satanā iocari, & tñ tāta seria con-
scientiarū per hęc etiā in magnis & bonis uiris operari, adeo ut
iaētent papistæ id unicū, ecclesiā non errare, quasi Christus mē-
tiatur, q electos fallēdos esse p̄dixit, qui utiq pars ecclesiæ sunt,
aut quasi ecclesia nō sit ecclesia, si aliquādo erret aut peccet, cū
Christus eā quotidie ab errore & peccatis purget, sicut palmi-
tēs in uite, aut quasi error non possit stare cū fide & sanctitate.
Cæci, cæci, & stulti. Quid igi ille nequā spūs & fictus Seueri-
nus uoluit? nisi ut ministeria & opera charitatis a deo præcepta
cōculcarent, & opera traditionis humanæ, magno cōscientiarū
terrore iactarent. Siquidē Seuerinus nō solū bene fecit, horas
p̄ueniēdo, propter imposta negocia, sed etiā in totū omittere
poruit. Quod em negocia curauit, dei p̄ceptis obediuit, ubi pau-
lus docet seruos debere ex anō seruire dñis carnalibus. Præcep-
tis aut dei cedere debēt etiā angeli, nedū frigida ista hoīm tra-
ditio de legendis horis, imo ego magis credo peccare eos, qui le-
gunt frigidas horas, quā qui omittunt. Hypocritæ enim sunt,
fingunt se orare & loqui cum deo, cum nihil faciant minus, ui-
denturq tentare & illudere deum, atq id Satanam uoluisse hac
larua Seuerini, ut hoc uno mendacio infinitas tentationes, illu-
sionesq dei, tum laqueos & falsos pauores conscientiarū mul-
tiplicaret per orbem. quod & obtinuit. Non est enim peccatum
hodie in sacerdotio papistico, quod æquari possit neglectu ho-
rarum, cum reuera uix sit maius peccatum, hoc laborioso, & ta-
men simulato cultu dei, qui per horas istas boando & murmu-
rando peragitur, ut quale est sacerdotium, tale & peccatum. O-
nos male & infeliciter Christianos, qui sine iudicio spiritus, le-
gendas et exempla sanctorū, apparitiones spirituum, & doctrina-
nas hominum arripimus, posthabito uerbo dei, & contempto

Non horas canonicas boantes.

H

Prophetia
secundū ana-
logiā fidei.

consilio spiritus dicentis in Paulo, Omnia probate, quod bonū est tenete. Petrus dicit, Si quis loquitur quasi sermones dei, si quis ministrat, quasi ex uirtute, quā administrat deus. Nihil uult dici in ecclesia, nisi quod certum sit, esse uerbū dei. Nihil fieri aut geri, nisi quod certum sit, a deo fieri & geri. Hoc & Paulus uult, dū dicit Roma. xij. siue prophetiā secundū rationem fidei, scilicet, ut exigantur omniū uerba ad regulam fidei. Et. xv. nihil eorū audet, quæ nō efficit in ipso Christus. Nos autē post tergum reiectis his uerbis dei, nostras bonas intētiōes audacter sequimur: secure statuimus, ordinamus, credimus, mandamus, remandamus, facimus & omittimus, quicquid uisum fuerit, quæ omnia postea ab ecclesia non errante, & spiritu sancto recta, iactamus esse facta, & sub noīe ecclesiæ mundū replemus operationibus erroris, & uerbis mendacibus. Vtinā mihi esset tempus legēdas istas, & exēpla aliqñ castigare, aut alius quispiā maiore spiritu, id tentaret, monstris em̄ abominandis sunt refertissima oīa.

¶ Non ergo ignoremus amplius cogitatiōes Satanæ, cū simus Christiani, & spiritus istos uagātes, nō credamus aīas hoīm, sed ipsos demones esse, qui hoc agūt suis respōsis & simulatis redēptiōibus, ut e saluberrimo & uiuifico testamēto dei, ludibriū faciānt, fidē pdant, & fœdā illā abominandāq; nundinationē misarū, quę orbē nunc occupat, stabiliant. Tēta solū animosa hæc fide spiritus istos, & senties statim eos desistere ab ineptijs suis.

¶ Quod si te nō satis roborāt p̄dicta oracula, nō licere sequi, qd sine authoritate scripturę fit, saltē roborēt & armet te, qd scripturæ hoc genus illusionis dānat & phibet. Moses em̄ Deut. xviij. dicit, Cum intraueris terram, quā dominus deus tuus dabit tibi, non disces facere abominationes gentium istarum, non inueniatur in te, qui lustret filium aut filiam per ignem, ariolus, somniator, augur, magus, maleficus, pythonicus, diuinus, & qui cōsulat mortuos, quia abominatio est domini faciens hæc, & propter abominationes istas delebit eos dominus deus tuus, ante faciem tuam. Hoc diuinum præceptum, sicut Iudæi, ita & nos proiecimur rettorsum, cum audiamus esse abominationē

Consulere
mortuos
Deut. xviij.

dei, a mortuis respōsa querere, quasi nō sit in nobis deus, q̄ nos oīa docere possit aut uelit, quę scire nos oporteat, nec v̄bis eius cōtenti sumus. Quid igit̄ mirum, si in errorē tradat & deserat deserentes p̄ceptū suū. Vides igit̄ spiritus bonos non esse, q̄ ueniunt, & de statu mortuorū nos docēt. Spiritus em̄ bonus obediūt mādato dei, & deus ignorari uult, non sciri, qd̄ post mortem agatur cū hōibus. Hinc spiritus sanctus tā rigide obseruat hoc mandatū dei, ut nullū prorsus exemplū de mortuis in tota scriptura prodāt, ut & mādato & exemplo negatiuo prohibeat, ne spiritibus istis credamus. Nā qd̄ de Samuele. i. Regū. xxvii. le. De Samuele exuscitato. 1. Reg. 28. gitor suscitato p̄ pythonicā mulierē, manifestū ludibriū est, non solum ex eo, quod mulier satanæ spiritu plena, hoc fecisse scribitur, quasi dignum sit, credere animas iustorum in manu dei, & sinu Abrahæ, esse sub potestate Satanæ, & impiorum hominum, sed etiam, quod plane contra hoc mandatum dei, tam mulier, quam Saul agebant, quærentes a mortuo ueritatem, cui impossibile est, ut contra ueniat spiritus, aut sanctos suos sinat uel contrauenire, uel cōtrauenientibus cōsentire, & cooperari.

Quod autem scriptura eo loco tacet, an uere uel non uere Samuel fuerit, imo Samuelem aperte appellat, ideo facit, quod ad opinionem Saulis uerba temperat, qui Samuelem esse credebat, & spiritus omnia Samuelis uerba ingeniose imitatur, & auget. Cæterum, præmonitum uoluit spiritus, atq; præmunitum, præcedente mandato suo lectorem, quo remittit eum occulte, ut sciret, quicquid secus fieret, non a bono spiritu, nec a filijs boni spiritus fieri. Hoc modo & ii. Regum. i. inducit armigerum Saul, narrantem esse Saula se occisum, ita uerissimiliter ut Dauid ei credens, iusserit eum occidi, quod Christum dominū occidisset, ut asserbat. Neque hic scriptura aperit, an uerum dixerit, uel mentitus sit, sed mendacium eius lectori cognoscendum relinquit ex superiori loco. i. Reg. ultimo, ubi iuxta historiam Saulis mortem uere descripserat, quo nisi recurras, credas hunc armigerū uera loqui, ita remittit & in Samuelis mortui suscitatione mēdaci, ad mandatū uerax, superiori libro positum.

Locus Esaię
c. viij. de nō
consulendis
mortuis.

Iu. 10.

Tet

Epilogus,
cur nō pos-
sit tuto cre-
dūmbris.

Repeatit hoc mandatum Esaias. viij. dicens, Et si dixerint ad uos, quęrite a Pythonibus & diuinis, qui strident incantationibus suis. Nonne populus a deo suo quęret, pro uiuis ad mortuos, ad legem & testimonium. Quod si non dixerint iuxta uerbum hoc, non erit ei matutina lux. Hic uides populum dei prorsus nihil debere quęrere & discere, nisi a deo suo, in lege & testimonio eius, adeo ut si alit fecerit, negāda sit lux aurore. Et insigniter damnat uiuos, qui mortuos consulunt. Et dicit ad mortuos, quod refertur ad uerbum, quęret, Hebraica sintaxi, quę dicit, quęro ad Deum, quęro ad mortuos, idest, consulo deum, consulo mortuos, itaque pro uiuis illis, qui quęrunt mortuos, hoc est, pręstantiores quęrunt a uilioribus, sicut si homo quęrat a ligno. Populus dei quęrat a se pręstantiore, nempe a deo suo, non ut quisq; singulare expectet de cęlo responsum, sed in lege & testimonio quęrat a deo, seu consulat deū. Et Christus hęc omnia confirmat Lucę. xvi. inducens Abraham cum epulone diuitem loquentem, nec consentientem, ut Lazarū mortuum ad uiuos docēdos mittat, sed remittit eos ad scripturas, dicens, Habent Mosen & prophetas, audiant illos, consonās Esaię, ad legē testimoniu. Quo satis mōstrauit, nō esse ex deo, mortuos illos, qui ad uiuētes ueniunt, & nobis sufficere debere scripturas. Proinde cū fiducia hos tres testes opponamus spiritibus istis fallacibus. Primū Mosen dicentē, nō quęras a mortuis. Secundū, Esaię, quęre a lege & testimonio, potius quā a mortuis. Tertiu, Abraham cū Christo, Habēt Mosen & prophetas, audiant illos. Nec moueamur, infinita multitudine missarū, uigiliarū, āniuersariorū, prebendarū, sacerdotiorū, altariū, templorum, super has apparitiones & responsa spirituum fundata. Uides em̄ hic, qđ supra mēdacia satanę, & super signa & prodigia pseudochristorū, quę Christus prędixit, multos esse seductura, omnia nitunt, ut impleant mundū horrendis impietatibus, in cęlum clamantibus, & diem iudiciū magno furore prouocantibus, sicut decet papisticum & antichristi sacerdotium.

Cum ergo ex his omnibus probetur, missas non nisi Satanę

operatione & cōmuni errore mundi in sacrificia uersas esse, aduersus euangeliū, fidem, et charitatē, quæ hac machina aboleretur, tota fiducia abrogandæ sunt uniuersæ nobis, qui Christiani esse uolumus, nec spectandum, quod pauci, pio errore, illis utantur sine perditione. **Curandumq;** ut rursus ad formam & institutionem Christi, quâ proxime accedamus, scilicet, ut singulis dominicis diebus, & ijs solis, & unica tantum eucharistia consecretur, sicut modo fit in die paschæ, & illic conueniant esurientes & sitientes, id est, pie & afflictæ conscientiæ, quæ a peccatis optent sanari, exclusis ijs, qui palam secundum carnem ambulant tum in medio, memoria Christi, publico uerbo fidei, peragatur, in communi oretur, & gratias agatur, sicut ex epistolis & actibus Apostolorum, & euāgelij facile est ordinare.

Forma euāgelicę missę.

TERTIA PARS DE SACERDOTIO, legibus, & sacrificijs Papæ.



VANQVAM in superioribus satis mōstrauimus, ut abominabile & dānabile papistarum sacerdotium, per satanam introductum, uastauerit Catholicum hoc nostrum Christianum sacerdotium, sicut promiserat Papa summus sacerdos huius sacerdotij, in proemio decretalium suorum, promittens sese translaturum sacerdotium Christi in seipsum. amplius tamē id cognoscemus, si uiderimus, ut & legem Christi trāstulerit, & nouas leges, se et suo sacerdotio dignissimas cōdiderit. Alio igitur principio sumpto, uideamus legum translationes & positiones, forte & hic clarerunt principia illa sacratissima fidei Sodomarum & Gomorarrum Parrhisiensis & Louaniensis Scholarum.

Omne sacerdotium legibus formatur, & unumquodq; suis proprijs, ab alterius sacerdotij legibus diuersis, ut bene dixerit Apostolus, trāllato sacerdotio necesse est, ut legis trāllatio fiat, cum & sacerdotiū sine lege, & lex sine sacerdote esse nō possit.

loquimur aut de lege, quæ instituit in ijs, quæ ad deũ pertinent,
 & conscientias regit. Ciuiles enim leges, substantiã mundi res-
 gunt. Ita quodque sacerdotium habet & sacrificia, & opera,
 & sacerdotes in lege sua definitos, ubi fiunt peccata, & erros
 res, & iustitię, & bona secundũ eã legẽ. Jam inter sacerdotes ha-
 bet unus, q̄ sit summus & princeps sacerdotũ. Hęc oĩa etiam in
 gẽtilibz sacerdotijs Vestę, Iouis, Apollinis, Bacchi, Cereris &c.
 facillimũ est uidere. Simile est in papisticis diocesibus, ubi quę-
 bet sedes habet suũ episcopũ, suas leges, suos ritus, sua peccata,
 suas poenas, suas ceremonias diuersas ab alijs episcopatibz. Et
 ipse episcopus est princeps, & summus inter eos. Huc trahunt
 papistæ illud psal. xliiij, Assitit regina a dextris tuis, i uestitu de-
 aurato, circumdata uarietate. Hanc uarietatem spiritus, quã Pe-
 trus uocat multiformem gratiã dei, aptant laruali isti & munda-
 nã uarietati ab hominibus inuentã, sicut est mos & ingenium
 tractare scripturas sanctissimis Papę & suis papistis. Rectius au-
 tem illud Hiere. ij. aptaueris, secundũ numerũ ciuitatũ tuarum
 erant & dij tui Iuda. Sic in toto papistico sacerdotio Papa est, &
 dicit uerissime summus pontifex, maximus pōtifex, & uere san-
 ctissimus, sanctitate sui sacerdotij, totusq; & solus ap̄licus, apo-
 stolatu sui sacerdotij. Nō eĩ est sũmus sacerdos dei, sed satanæ.

Discrimẽ sa-
 cerdotiorũ
 Leuitici &
 Christiani.

Inter omnia igitur sacerdotia, duo sunt uera, & diuinitus in-
 stituta. Vnum Leuiticũ, in quo summus sacerdos fuit Aaron.
 Lex, liber Mosi. Sacrificia, pecora, & res corporales. Peccata, &
 iustitiã carnales, in sanctitate, uestiũ, cutis, pilorũ, escæ, potus,
 uasorũ, locorum, dierum, personarum. Sed hæc omnia mortua
 nihil præstabant uitæ suis cultoribus. Alterum sacerdotiũ Chri-
 stianũ & spirituale, in quo summus sacerdos est solus Christus,
 æternus, uiuus, sanctus, unde & totũ sacerdotiũ eius, & qcquid
 in eo est, sanctum, uiuum, æternũq; est. Lex eius fides, id est, ui-
 uax illa & spiritualis flamma, scripta per spiritũ sanctum in cor-
 dibus, quæ hoc uult, facit, imo est, quod Mosi lex uerbo mandat
 & exigit. De qua dicit Hiere. xxxij. Dabo legem meam in uisceribus
 eorum, & in corda eorum superscribam &c. Et Paulus. ij.

Hiere.
 32.

De aharoni et Christi sacerdotij discrimine.

Corint. iij. Epistola Christi estis, ministrata a nobis, & scripta, nō
 atramento, sed spiritu dei uiui, non in tabulis lapideis, sed in ta-
 bulis cordis carnalibus. Inde legem fidei uocat Rho. iij. & legē
 spiritus uitæ, Rho. viij. Et prædicatores fidei, ministros spiritus
 ij. Corint. iij. quia ad uerbū Christi uiuificū, quod p̄dicant, seq̄-
 tur spiritus, qui scribit igne uitali in cordibus legē dei, ut Act. x.
 in Cornelio patet, & Gal. iij. Ex operibus an ex auditu fidei sp̄-
 ritū accepistis? Inde euangeliū uocāt uerbū uitæ. Ioan. vi. Ita &
 sacrificiū eius uiuū est corpus suū in cruce semel oblatū, & nos
 fra corpora quotidie oblata in hostiā sanctā, uiuentē, rationabi-
 le obsequium. Opera uero seu iustitiæ, sunt fructus illi spiritus.
 Gal. v. Fides, spontanea castitas & mititas, seruitus libera erga
 proximū. Peccata v̄o, incredulitas, libido, ira, hypocrisis, idola-
 tria, falsæ religiones &c. quæ non sunt in speciem, sed reuera ex
 atō bona uel mala, scilicet uiui fructus, & uiua petā. Lex itaq̄
 Christi, pprie nō est docere, sed uiuere, nō uerbū, sed res, nō si-
 gnum, sed plenitudo. Verbum aut euangelij est huius uitæ, rei,
 plenitudinis ministerium & uehiculum ad cor nostrum.

In hoc gloriosum, beatum, & iucundum sacerdotiū irruit por ^{sacerdotiū}
 cus ille Satanæ Papa, & heu miserā ecclesiā huius tēporis, trāssa ^{Pape.}
 to, abolito & extincto eo, aliud propriū erigit, ex oībus sacerdos
 tis gentilibus conflatum, ceu sentinam quandā cōfusissimā, ac
 primū discernit sacerdotalē populū Christi, in clericos & laicos.
 Clericos facit suos sacerdotes, q̄rū se principē & summū cōsti-
 tuit. Et hos initiari sancit rasura capitis, unctione digitorum, &
 ueste longa, fingens indelibilem characterē sese cordibus impri-
 mere, qui potius est character ille bestię in Apocalypsi. Ita sacer-
 dotē papisticū esse, nō est Christianū esse. Sordet em̄ hoc nomē
 uilissimū sanctissimo illi, sed clericum unctum, rasum, caracte-
 risatū, & bene uestitū esse. Et hæc institutio uocatur ordinatio,
 seu cōsecratio, unū de septē sacramentis, longe baptismo uene-
 rabilius. Lex eius est ius illud canonicū sacerrimū, in quo de ci-
 bus, potibus, uestibus, personis, locis, calicibus, pallis, corpora-
 libus, altaribus, libris, thure, cera, uexillis, aqua benedicta,

De Pape Sacerdotio.

cantibus, lectionibus, uocibus, festis, ieiunijs, prebendis, censibus, litibus. Et quis syluam illam numeret sanctitatis Romanæ religionis, & seuerè statuit, sub pœna mortalis pœni, et æternæ damnationis, maxime uero cœlibatus ad legem eius pertinet, ut credas ipse tartarum non esse tantæ confusionis, ut est lex sacerdotij huius. Pœnæ uero sunt, aliquid horum transgredi, quod grauius est, quàm si omnia madata dei blasphemaueris. Iustitiæ sunt et bona opera, studio se ista coluisse. Hic enim obediētia ecclesiæ est uirtutum regina, sine qua cæteræ uirtutes nihil sunt. Sacrificiū uero est eucharistia, & pecunia laicorum. En tibi sacerdotium eximiū, ut taceam execratissimam impietatem, & summam idolatriam, quæ pium cor dolore queat conficere, nunquid apud ullas gentes tam stolidum, puerile, & phreneticum fuit sacerdotium? Et tamen transtulit hæc abominatio gloriosum sacerdotium Christi, & sub nomine eius se in locum sanctum eius erexit. O nimis uere, domine Iesu, pseudochristos dixisti eos, Nimis uere falsi Christiani sunt.

Hoc igitur maledicto maledicendoque sacerdotio transfert, & euacuat Christianum nostrum sacerdotium. Nam nemo ferme est, qui iam aliud sacerdotium norit, quàm hoc papisticum. Ut enim audierit uocabulum sacerdos, mox nihil nisi rasuram, uncturam, & longam uestem cogitat. Ita & legem uiuam Christi euacuat, cum enim spiritus non detur, nisi ad uerbum euangelij, ille autem suum ius canonicum solum doceat, impossibile est, ut spiritus per ipsum detur. Sed nec iam queritur aut noscitur etiam spiritus, sed satis esse putant ad salutem, obediētiam ecclesiæ, & si non incurrant indignationem bullarum. Impossibile est igitur euangelium simul cum iure canonico regnare. Illud enim aduehit spiritum, hoc impedit & fugat spiritum, illud liberat conscientias, hoc illaqueat conscientias, illud fidem docet, hoc opera docet, & opera stulta, puerilia, ludicra, quibus tamen fidem extinguunt. Quot putas esse christianos, qui audita lege Christi, intelligent fidem & spiritum habitantem in cordibus nostris? Quot autem sunt, qui obediētiam aliud cogitent, quam subesse Pape, quod est aduersari deo & lacet, iacet prohdolor, imo in cruce

non

cruce mortuū pendet, sacerdotiū Christi cū lege sua blasphema-
 tum & damnatū, per istos bis perfidos ludæos. Ita sacrificium
 iam nemo audiens cogitat, Christi & nostri corporis crucifixio-
 nem aut laudē dei esse, sed solam missam, & laicorū argentū. Et
 de sacrificio quidē missæ satis dictū est superius. Pecuniā autē lai-
 corū pene asini & porci sentiunt, non esse sacrificiū dei. Sic pec-
 cata quoq; pene oīa euacuat, quia ira, libido, rapina fere nulla
 sunt. Tum maiora illa incredulitatē, desperationē, contemptū,
 dei, hypocrisin, odiū iustitiæ, amorē sui, pro iustitijs coronat, &
 per obedientiā ecclesiæ sanctificat. Ve mihi. Superor rerū ex-
 eratissimarū & abominatissimarū magnitudine, & infinita co-
 pia. Bona opa uero iā nemo etiā cogitat esse, proximo seruire,
 inimico benefacere, sed dare ad altaria, emere missas, lac & car-
 nes nō edere, & ut dixi, leges eius seruare. Sic uides sacerdotiū
 Christi minus posse cū sacerdotio, quā uita cū morte, coelū cum
 inferno cōsistere. Vere uere uicarius Christi est Papa, q̄ expul-
 so Christo, uice et loco eius regnat, & pro sacerdotio spiritus, nō
 saltem leuiticū, sed puerilissimū & laruaticū erexit.

CANTITHESIS DECALOGI
 Christi & Papæ.

Parum uero est abominationi huic, Christum, Euangelium, Scholæ pub-
 fidem, uniuersūq; sacerdotiū eius aboleuisse, manum ultra por- liceæ.
 tendit & inuadit etiam uetus sacerdotium, euacuans & legem
 Mosi, erectis in locū eius nouis principijs fidei. Consentunt ei
 in hoc, & fidelissime cooperantur, meretrices illæ procacissimæ
 & impudentissimæ, facultates theologiæ, Parrhisiē, Louaniē,
 Colonienē, cum suis sororibus errorū matribus & fontibus. Vi-
 de amus nouū illum decalogum papistarū, & incipiamus a no-
 uissimis & crassioribus præceptis. Moses dicit, Non concupi-
 sces, ut reperit Paulus Rhoma. viij. Concupiscentia ergo pecca-
 tū est. sic habet Mosi principiū, & lex diuina. Contra, principiū
 fidei Parrhisiē, & Louaniē. Sodamarū cū suo Papa, est hoc,
 Concupiscentia non est peccatū, sed pena & infirmitas. & cum
 caro concupiscit aduersus spiritū, non est peccatū. Licet ergo

*Qz papa est
 contrarius
 deo p̄ceptis
 decalogi.*

Decimo

Quod papa dicit de decalogi preceptis est contrarium.

secundū decalogū Papæ sanctissimi sanctissimū, concupiscere, sine peccato, & Moses mentitus est dicens, Non concupisces, & dēs qui cū Mose senserunt, & ille qui Mosen iussit loqui. Euacuato autē mose, simul Christus euacuatus est, quippe cū gratia eius non sit opus habentibus illā sanctam concupiscentiā, decalogo Papæ defensam, & libertate donatā. Sic Barrabā oportet dimitti, & Christū crucifigi.

9. **S**ecundo Moses dicit, Non dices falsum testimoniū aduersus proximum tuum, in quo omne mendaciū contra proximum prohibet. Decalogus Papæ quid statuit: Omnia iuramenta, uota, promissa, pacta, federa, dirumpit de plenitudine potestatis, si quæ facta sunt, præter uel contra authoritatē Rhomani pontificis, præsertim si uergant, in ecclesiasticæ libertatis, & personarum, rerūq; spiritualiū (id est, pecuniæ Sardanapalorū) imminutionē. Deinde etiā solū pontificis scriniū pectoris, propriusq; motus sufficit ad rumpēda quæcūq; promissa uel pacta. Quia plenitudo potestatis residet in eo. Euacuātū est itaq; mandatū dei, et secure licet mentiri, fallere, mutare proximo, mō accedat principiū fidei papisticæ, & decalogus sanctissimi. Parrhisiē. uero dilatabunt hanc partē decalogi papistici, dū docent, non preceptū, sed consiliū esse, diligere inimicū, & benefacere malefactoribus. Si igit̄ inimico quicquā promiseris, tuto poteris negare, falsum testimoniū dicere, & non seruare, sine peccato, cū seruare fidem, sit opus dilectionis. Quod si Moses exegerit preceptū suo decalago, remittes eū ad dominū decanum Parrhisiē. qui decreuit esse consiliū. Et ubi noluerit acquiescere, scribet cōtra eū iratam epistolam, & damnabit eū apostolorū exemplo, sine ratione adiecta. Quia damnatio almæ facultatis equipollet uni articulo fidei, & est principium fidei.

8. **T**ertio, Moses dicit, Non furtū facies, in quo oīs contractatio illicita alienæ rei prohibet. Decalogus autē Pape dicit sic, imo furtum potes libere facere. Exempli gratia, si habeas res iniuste acquisitas, da mihi partem, de reliquo tecū dispenso, ut possis retinere. Ecce (inquit) bullā & sigilla, uel illam episcopi Cardinalis Maguntini, nuper Halli promulgatam. Vides hic de

Dispensationes papisticæ.

Scriniū pectoris.

Parrhisiensis furor.

Predicæ papisticæ.

ipsū, cuius sunt oīa, nolle dispensare in re proximi, sed māt
 dat reddi, & nō teneri, adhuc Papa audet impudenti fronte in
 os creatoris sui dicere, imo retineat, modo mihi et cardinali meo
 partē pendat. Hoc principiū fidei, iterū Parrhisienses iuvant,
 cōsilio illo dilectionis. Cū enim nō sit necesse diligere inimicū,
 possum eius bona furari, et retinere, optima cōscientia, cum sit
 opus dilectionis, non nocere, aut reddere ablatū inimico. Si enī
 diligere non est præceptū, nec ullum opus dilectionis præceptū
 est. Vide magistrorū nostralium sentimenta, & principia fidei
 Christianissima.

Quarto, Moses dicit, Non mechaberis, in quo tota libido p
 hibetur. Vt sanctissimus hoc mandatū eneruet, longū fuerit re
 censere, nusquā enim sic insanit Satanas per Papā, atq; in casti
 tate & libidine tractanda. Primū etsi non prohibet uerbo casti
 tatē, nec scortari docet, cogit tñ scortari, decreto suo intollerabi
 li, & perditissimo, de cœlibatu totius sui sacerdotij, tam late paz
 tentis, cū tam rara & angusta sit, castitatis gratia. Quid ergo fa
 cit aliud, dū fert legē castitatis super eos, qui cōtinere nec pos
 sunt, nec debent, quā ipso ope dicit, Ite scortemini: qd et faciūt,
 & ipse pmittit impune. O quis queat hanc unā rabiē Satanae in
 perdendis aīabus, hac lege plusquā sacrilega satis cogitare? Nō
 ergo docet libidinē, sed duobus peioribus modis ea auget. Co
 gendo ad impossibile, per phibitionē, & permitēdo peccare, p
 indulgentiā. Ego credo, si scortari p̄ciperet, nō tantas libidines
 multiplicaret. Præter hæc in quibusdā casibus a seipso tyrānice
 cōsictis, dirimit cōiuges, alios copulat, sed sic, ut alter cōiugū de
 bitū petendi iure careat, tū aliquos nec reddere posse decernit,
 sed pati debere, ut alter accipiat. Hoc nihil aliud est, quā cōscien
 tiā adulterio illaqueare, ubi adulteriū non est. Sic dū eos copu
 lat, alterū urget ad adulteriū, & pro solatio docet, ne petat, nec
 reddat ex animo. O furiosum furorē, sexus copulare nudos, &
 mandare, ne petant aut reddant, sed patiant debitū. Scilicet his
 impossibilibus legibus Satan deletat, in pditiōe aīarū. Quid er
 go ista lex aliud docet, quā, Ite & adulteremini, sed inuolutarij:

Coelibatus
 papisticus

Calamitas
 calamitatū.

¶ pp. de decem decalogi præceptis est contrarius.

Satanæ in hoc præcepto defuit operculum & species, cum sola libido sit crassior & manifestior, quã ut possit ulla specie præcipi, ideo uertisse in aliam partẽ, & prohibendo negandoq; eam, multo uulgatiorem & liberiorem fecit. Certissimus em̄ fuit, impossibilem esse tam uulgatam castitatem, ideo quod præ publica turpitudine, præcipere non audebat, per impossibilem legem præsumpsit & effecit. Quid uero Parrhisienses hic facient, cum cõsilio suo, inimici illi inimicorum, forte cū abstinere ab uxore, filia, famula inimici, sit solius dilectionis opus, quæ sola implet legem, teste Paulo, licebit iuxta principiũ fidei Parrhisiensis ad ulterari, scortari, libidinari, sed non nisi cum uxore inimici.

¶ Quinto Moses dicit, Non occides. Hoc uero mandatum, cū in eo charitas eximie præ cæteris emineat, Papa cum suis Gormoris, præcipuo ludibrio habet, ut de euacuando taceam. Primum, cum omnis ira hic prohibeatur, Papa docet bellare, & sanguinem fundere, etiam suos episcopos & sacerdotes. Deinde gladium & brachium seculare in manu sua esse iactat, & quos bellare iusserit, coelo sublimiore donat. Breuiter, homicidarum episcopus est Papa, audacter docens, & iubens occidere, quoties uoluerit. Hic non dimittit tantum Barrabam, sed iubet esse Barrabam, coronatq; gloria, ut obedientiæ filios, qui hoc mandatum dei, se authore, quã audacissime præuaricati fuerint. Iam uero inimicos diligere, iniuriam ferre, alteram maxillam prebere, pallio tunicam addere, fonti huic iustitiæ, summa iniquitas est nullo modo committenda. Vim ui pellere, iura permittunt, inquit sua decretalis, sacerdotio isto dignissima. Sic irã, inuidiã, & omnia mala, hoc præcepto prohibita, alit in hominibus, & crucem Christi extra mundi fines eliminat. Atque hic omitto, recensere pontificũ bella, Neapolitana, Veneta, Gallica, Germanica. Deniq; ubi nõ bellarunt furiosæ istæ bestię? Parrhisienses uero principatores fidei, hic paulo sunt subtiliores, quanquã & ipsi præcipue in hoc præceptum, id est, in charitatẽ insaniant. Non docet iniquitatem, sed consiliũ esse, inimicos diligere, odientibus benefacere, orare pro persecuentibus, bñdicere ma-

Bella papistica.

ledicentibus, prebere maxillam alteram, dare gratis, mutare sine spe. Quæ omnia Christus Matth. v. inter præcepta numerat. aperit enim sibi os suum, et docet, non consulit. Et in fine dicit, Qui audit, & non facit hæc, similis est uiro ædificanti super has renam. Et in medio, qui ista non faciunt, nihil esse meliores publicanis & peccatoribus. O audacem, o temerariam, o plane furiosam & blasphemam scholam Parrhisiensem, ut impudenter, & impuro ore in Christum dominum omnium blasphemat? Igitur iuxta principium fidei Parrhisiense, nihil minus licet facere, quam Papa facit contra hoc præceptum. quia cum charitatis sit, non occidere, non maledicere, possumus secure inimicum perdere, in corpore, rebus, & fama. Nihil differunt Papa & Parrhisienses, nisi quod ille iubet, hi, licere dicunt. Principia ergo fidei Parrhisiensis in summa sunt, licere facere contra sex ultima præcepta dei, absque peccato, si spectes intentum Satanae, pro eorum loquentis.

Sexto, Moses dicit, Honora patrem tuum, et matrem tuam. Hoc præceptum, quamuis passim uulgus licentiosissime transgrediat, sicut & omnia alia, ut est hodie in ecclesia inuentus nimis liber, & misere neglecta. Neque enim eius instituendæ & curandæ, ulla ratio habetur, præsertim in academijs, & uulgaribus artificiojs. Ruit ipsa præceptis, in omnia flagitia, libidinis, commensationis, ebrietatis, luxuriæ, ut nulla sit spes, etiam futuræ alicuius unquam moderationis. Papa autem, Episcopi, & Theologi, pro hac re, omnium maxime necessaria, uentrem suum curant, cum hic proprie & unice uigilare deberent. Sed urget Pauli prophætia dicentis, Erunt in nouissimis diebus parentibus inobedientes. Tamen singulari modo soluit Papa cum suis Gomoris hanc legem dei. Nam si nondum intelligis lector, non hoc detestanda in Papa & academijs, quod more uulgi, diuina mandata opere transgrediuntur, & ipsa uiuendi conuersatione priuatim peccant. Non super hac re mihi cum eis quæstio & lis est. Ferendum enim, sicut & uulgi, erat hoc eorum malum, cum sit peccatum in solos mores, & nulla specie commendatum, ipsa sua manifesta turpitudine coram omnibus reprehensum, ideoque spei & poenitentia.

tentia, & respicientia est adhuc locus in ista miseria. Sed hoc detestor, hoc pugno, quod cum sint uice pastorum, lupos agunt, & uerbo rationeque ipsa docendi, mandata dei solunt, non solum minima, quos Christus minimos, id est, nullos facit in regno coelorum, sed ipsa maxima, & prorsus uniuersa, & sic docent ac percutiunt homines. Hic non in mores, sed in fide peccat. Hoc malum specie ueritatis, et principiorum fidei commendat. Quod si receptum fuerit, nec spei, nec poenitentiae ullus locus reliquus est. Imo spes faciunt, si errorem istum animae sequantur, poenitentiam exigunt, si non sequantur. Hoc malum abominatę perversitatis uulgus non operatur, sed patitur a suis episcopis, magistris, pastoribus, cuius nulla prorsus est comparatio ad peccata operum. Ideo hic non tacendum, nulla patientia habenda, nulla modestia seruanda est. Sic dum concupiscentiam negant peccatum in nono & decimo precepto, simulat se utrumque preceptum docere in specie, reuera autem docent concupiscere, & soluunt dei mandata. In octauo, dum mentiri & fallere docent, simulant tamen, hoc non esse fallere neque mentiri, sed obedire Papae & ecclesiae, per hoc & deo, uoluntque hoc credi pro ueritate & principio fidei, siue seruetur opere, siue non seruetur. In septimo, in speciem docent, non furandum, & iactant dei mandatum, sed reuera docent furandum, dum res iniuste possessas iustificanc. In sexto nihil ita iactant, ut castitatem & coelibatum in specie, sed impossibili, & non necessaria lege, tum casibus suis effectis, plus libidinis occasionaliter docent, quam ulla tentatio aut pruritus carnis unquam potuisset inuehere. In quinto docent, non occidendum magno boatu, ut credas eos impensissime uelle dei preceptum docere. Verum dum docent, licere irasci, bellare, uindicare, pacem rumpere, tum inimico non benefacere, non benedicere male dicentibus, non orare pro persequentibus, non dare gratis, non mutuum dare absque spe, omnibus modis hoc preceptum docent transgredi, & in uniuersum, dum docent, consilium esse, diligere inimicum, totam legem dei non solum ipsi transgrediuntur, sed aperte, & negant, & contrarium docent, cum Paulus dicat, Plenitudo legis est dilectio. Ideo de eis dixit Paulus, quod in hypocriti loca

cuturi essent mendacium. Et iterū, Specie pietatis habituros,
 cuius uirtutē abnegarēt. Et Christus, uenturos pseudo propheta-
 tas, & pseudo christos, sed in noīe eius, & lupos rapaces, sed sub
 uestimentis ouiu. Dicunt enī se docere dei mandata, idq; uolūt
 credi, p̄ principijs fidei, sed docent mandatorū oīmodam trans-
 gressiōnē. Quare super doctrina mihi cū eis bellū est, & esse de- De doctrina
contendi.
 bet oī Christiano, non super uita solū. Vnde qđ apud eorū Ari-
 stotelē dicit Demodocus, Milesij insipientes quidē nō sunt, fa-
 ciūt tñ ea, q̄ faciunt insipiētes. Ita possumus & nos dicere, Par-
 rhisienses & Papistæ, Ebionitæ, Montani, Pelagiani, Turcæ, &
 Antichristi nō sunt, faciūt tñ ea, q̄ faciunt Ebionitæ, Montani,
 Pelagiani, Turcæ & Antichristus. Neq; enī ulli unquā hæretici
 fuerūt, q̄ possint Parrhisiensibus, & papisticis cōparari. Nulli enī
 totū euangeliū, totā fidē, totū Christū, totam legem Mosi nega-
 uerunt, damnauerunt, cōtraria docuerūt, nisi isti Parrhisienses
 seu Papistæ, sed sub specie & noīe Christi, ideo omniū hæretico-
 rū abominationes prædictæ sunt confluxuræ, ceu in sentinā Sentina omī
um hæresiu
secta papisti-
ca.
 quandā nouissimam sub Antichristo. Et huius sentinæ lacu-
 nas esse probant iam seipsas, almæ istæ facultates Theologiæ,
 Parrhisiensis Academiæ, & suæ sorores Odollæ & Olibanæ.
Videamus itaq; ut & in hoc quarto præcepto libidinei Papa
 cū suis. Species eius est, dū dicit, Parentibus esse obediendū, sed
 res eius est, Parentibus non esse obediendū, dum obedientiam
 Papæ & Rhomanæ ecclesiæ aduersari & extolli facit, nō solū su-
 per parentū, sed & super regū & principū, imo super dei obediē-
 tiā. Quā secure, quā impudēter docet, quātas aureolas in celo
 p̄mittit, si q̄s autoritate Rho. pontificis, etiā parentes occide- Imp. Henri-
cus, V.
 rit, ut obedientiā & reuerentiā taceant. Nōne imperatoris Hen-
 rici quarti filiū hoc p̄cipio fidei docuit, & armauit in patrē? do-
 nec & imperio & uita patrem filius spoliaret, ignominiosissime
 obediēs ille filius Rhomanæ ecclesiæ, & sanctissimo uicario dei.
 Quoties autē populos docuit, a suis regibus desciscere, rebellare,
 & nihil minus facere, quā obedire? Receptum itaq; est hoc prin-
 cipium fidei, Parrhisiensibus principijs quam simillimum, ut
 is summo merito pius sit, qui parentibus suis inobediens, &

aduersatus fuerit autoritate Rho. pontificis. Quia (in q̄) spiritalis pater & mater maior est q̄ carnalis, cum maledictus ille & abominandus, in hoc spiritalis esse pater deberet, ut doceret filios, obedire parentibus, & nosse mandata dei, nisi ubi parentes aduersus deū aliquid mandarent. Nunc autē soli suæ libidini, & abominandæ uoluntati cedere docet obedientiā parentum.

Impia cōn-
uentia scho-
larū.

Hæc portenta audiunt lupanaria illa scholarum, & sedent sicut scorta prostitutissimæ libidinis, & sui lenonis uerba, cū deuota obedientia & reuerentia amplectunt & sequunt, sicut obedientes filij ecclesiæ, sinuntq; illū fulmine illo suo, picto & ludicro, q̄ t̄ies liber, rumpere obedientiā parentū, regū, principū, pacta, federa, & oīa tam diuina quā humana, cui oportuit unūquēq; nostrū mille ceruices obiectare, si haberet, dū uidemus miserū uulgū illius futillissimis bullis territū, nihil non facere & omittere, q̄d ille execrandus per Satanam cogitare potest.

Huc pertinet, q̄d laqueo animabus posito, prohibet clandestina matrimonia, & tamen contracta confirmat, inuitis parentibus, ita filios & filias parentibus rebellare, & contra eorū uoluntatē, matrimonium seruare docens, qui si dimitteret ius parentum intactum, & obedire doceret filios parentibus, nihil opus foret sua stulta & stolidā lege de clādestinis matrimonijs, Quin autoritate parentum, iam dudum nulla essent, nunquā etiā fuissent clandestina matrimonia, scientibus filijs, nō passuros parentes, eorum occulta sponsalia. Et tamen hanc inobedientiam uestit, non solū specie prædicta Rho. pont. obedientia, sed quod matrimonium sacramentum, & liberū esse uult, quod ipse tamen infinitis laqueis uexatū, tenet captiuissimū. Ita docet, mandatum dei tenendum, specie uerborum, reuera autem docet conculcandū, impijs suis legibus. Sciant itaq; parentes, sibi ius esse, matrimonia filiorum irrita faciendā, & filij sciant, sese obedire debere, in his, & in omnibus, quæ cōtra deū non sunt, parentibus suis, & matrimonia sua occulta nihil esse, nisi ea demum impetrent humili prece a parentibus, rata haberi, et execrentur Papam istum aduersarium dei, cū suis legibus.

Dic mihi, cur non fuere clandestina matrimonia in populo Isra-
el: unde hic titulus iuris in ecclesia, nisi ex Satana?

Idem de filijs religionē ingrediētibus iudicandum est, ut pa-
retes ius habeāt, eos extrahēdi, si inuitis eis fuerint ingressi, uel
opus eis habuerint, nihil curata hypocrissi, si interim uouerint,
rafi & uncti in sacerdotes fuerint. Nihil est coram deo, quod p-
parentum inobedientiam gestum est. Sicut nihil est, si coniunx
inuito coniuge religiosus aut sacerdos fiat. Quam enim hic ni-
hil est, si iacter coniunx, ad cultum dei sese transiuisse, tam nihil
est, quod Papa mentitur, dum filiorum inobedientium religio-
nes defendit aduersus mandatum dei, dicens, cultum dei esse su-
per parentum obedientiam. Non est cultus dei religio, sed fin-
gitur. Cultus dei est, obedire mandatis eius, alioqui omnes mo-
nachos fieri oportebit, cum cultus dei communiter, & idem sit
omnibus præceptus hominibus. Non enim est distinctio ulla in
uero cultu dei, sed in hypocritico illo ex hominibus introducto,
qui ut mandato dei, id est, uero cultui cedere teneatur, quis est
tam Louaniensis aut Parrhissensis Theologista, ut non uideat?

Reuocare e
monasterijs
filios.

Hec de secunda tabula. uenimus nunc ad primam tabulam,
& tria prima mandata, ubi nescio, an tacendum uel loquendū
sit, adeo nō possū cōsequi uerbis, mōstra & aboīnationes Papi-
starum in his p̄ceptis, locū dixeris ea, quę in p̄cedentibus hor-
rendis horroribus uidimus, quibus tantū in legē dei insaniunt.
In illis uero non tm̄ legē damnāt, sed oīa, quę in gratiā, fidē, euā-
gelij, Christū dici & fieri (excepta specie) possunt, dicūt & faci-
unt. Quid em̄ amplius facerēt, dū non modo cōtraria docent,
sed & damnant, exurūt, maledicūt, blasphemāt, persequuntur
mandata dei, ut summā oīm hæresim, blasphemiam, & abomi-
nationem, sed sub nomine Christi, pro gloria dei, zelo fidei, &
amore pietatis, quam Paulus *μὲν φωνή* pietatis uocat. Atq; ut
inde ordiamur. Principium fidei illorum, capitale est huiusmo-
di, Hominem posse ex naturalibus uiribus, faciendo, quod est,
in se, implere omnia mandata dei. Ex quo capite, quę membra
pendeant, uide, Primum, quod gratia dei hominibus non est

Primam ta-
bulam legis
prorsus in-
ductā esse a
sophistis.



Hostes gratie, qualia doceant.

necessaria ex parte facientis, neq; ex parte faciendorū, qd etiam rotundis uerbis impudenter habent eorū libri, sed ex parte exactoris dei, ut q mandata sua impleri nō est contentus, nisi in gratia impleant. Ex quo ulterius sequit, cœlū esse clausum, & infernū paratū homini, sūma iniquitate dei. Nempe, nō propter peccata hoīs, neq; ppter nō impleta mandata dei, sed propter tyrannicā & arbitrariā exactiōē dei. Prima ergo gloria dei, quā habet a Parrhisiensibus, & oībus papistis, qd deus iniquus est, iniūque damnat, iniūque negat regnū, nulla hoīs culpa, sed sola sua proterua, non necessaria uoluntate, sic eos ex aīo sentire, arguunt prædicta dogmata, quantūlibet simulent amorē dei. Non potest cor tuū, non odisse eum ex aīo, quem credis superflua, & non necessaria, tum impossibilia, a te nulla causa, nisi mera propria libidine, exigere, sicut illi de deo credunt, et docent. Sic baptisamur, non qd necesse sit, pro uincendis peccatis, cū naturalia sint integra, q̄ possunt peccata uincere, & mandata dei implere, quia crudelis libido dei hominū uexandorū, nulla necessitate id exigat. Ita Christū cogimur crucifixū credere, non quod nobis eo fuerit opus, sed libidini diuinæ tyrannicæ, sic oportet satisfieri. Breuiter, quicquid Christus est, & in Christo nobis donatū est, superfluū, et nō necessarium est, si nos et naturalia nostra spectes, sed necessariū solum, si dei exactiōē spectes. Potestis hæc negare uos Parrhisienses, a uobis sentiri & doceri? Nōne libri uestri extant, ipsaq; a deo nouissima determinatio, in q̄ principū hoc fidei asseruistis? Et quomodo potestis negare, hæc oīa ad ipsum sequi? Christum plane non necessarium facitis ex parte nostri. Ideo aperte negatis, ipsum esse Iesum, id est, saluatorem hominū. asseritis aut potius satisfactorem exactiōis iniūque dei. Nec liberauit nos a peccatis, quæ nulla sunt, si liberum arbitrium uelit facere, quod est in se, sed ab exactiōe, ultra peccata & mandata, in homines sæuiente. Ecce corpus sacre theologie Parrhisiens. & Papistarum ex latere uno.

U Ex alio latere, aliud principū fidei, Hoīem posse faciendo, qd est in se, infallibiliter & necessario mereri gratiam, sed de cō-

grito. Nonne sic docetis almæ facultates? Docetis ergo per hoc
 posse nos satisfacere ex nobis, etiã iniquæ dei tyrannidi, ut misere. **C**ontra meri-
 to & superfluo Christo nō reliquus sit saltē blasphemissimus il- tum de con-
 le honor, quo nō saluator hominū seu Ihesus, sed satisfactor di- gruo.
 uini tyranni & exactoris diceret. Jam enī nos ipsi gratiã possu-
 mus absq; mediatore impetrare, ac sic iã bis superfluus est Chri-
 stus, iam nec necessarius etiã ex parte dei exactoris. Vereor autē
 ne lector pius nō credat hęc horredis horribiora doceri in Aca-
 demijs. Quapropter te oro Christiane frater, uera me credas lo-
 qui, testes inuoco eorū libros extantes, & cōscientias iū ipsorū
 met, tum omniū qui legerunt eorū libros. Scio, dices, rabie istã
 superare omnē captum, omniūq; fidem, sed ut audis, ita res ha-
 bet. Sequit̃ ergo, ut Christū dupla rabie negent, utraq; immen-
 sa, dū naturalia nostra affirmant. Quid enī refert simulata con-
 fiteri eū, quē duplo hoc sacrilegio non necessariū affirmas. **A**t
 uides ergo Petrū apostolū in nullos alios, quã in istas lacunas **3 Pet. 2.**
 papisticæ sentine fuisse locutū, ubi dicit. ij. Pet. ij. Erunt in uos
 bis magistri mendaces, qui opiniōes perditionis iuxta introdu-
 cent, & dominū, qui eos mercatus est, negātes, per quos uita ue-
 ritatis blasphemabit̃. Quæ sunt opiniōes perditionis, nisi dog-
 mata ista perditã, pditorū hominū, principia fidei Parrhisiē.
 & Papeñ? Qui magistri mendaces, nisi magistri illi nostrales,
 Quercus illæ, pastores porcorum, imo spinæ thamni & uepres
 in uinea domini? Iam Christū negasse, deum negasse est. Siquis
 dem diuinum consiliū & beneplacitū (quo Christū esse uoluit)
 nō necessariū, sed superflūū asserere, quid est, nisi deū ipsum nō
 necessariū et supflūū asserere, atq; idē est, nullū deū asserere. Tu
 nunc uide, ubi manent illa tria mandata, Vnum deum cole,
 Nomen eius honora, Quietem ei sanctifica? Ista Theologia
 potius sic dicit, Dicito deum colendū, sed tu ipse esto tibi in de-
 um. Dicito, nomen eius reuerendū, sed tu ipse nomen tuū ex-
 tolle. Dicito, quietē eius sanctificandã, sed tu per te ipsum ope-
 rare, nō illū sinas operari. Sed nūc locus nō est, præcepta inter-
 pretari. Summa autē est hæc, q; cū homo ex seipso sit massa iræ,

Mādata pri
mę tabulę in
terpretat.

non potest nisi peccare, & iram mereri de die in diem magis, dos
nec audiat & credat, Christū esse saluatorem suū, pro se mortu-
um, ut a peccatis liberaret, cū quo auditu intrat spiritus, & diffu-
sa charitate, deū diligat, glorificet nomē eius, & feriat a pro-
prijs, sinat deū solum sua opera in ipso operari. Sic tria manda-
ta dei, summe necessariū requirunt Christū, quę illi superflūū
faciunt, dum naturalia peccato liberant citra Christū, & sic lo-
co Christi lib. arbi. loco dei idolum cordis, perditiōis opinionē
erigunt, & sic Christū cū toto nouo testamento negant, & tria
prima præcepta soluunt.

¶ Utinā aliqua Parrhisiensis quercus aut porcus eius glandia
uorax surgat, & rationē suę determinatōis Parrhisiensissimę
reddat, quo liceret, abominationes istas copiosiore tractatu sub
lucē producere, & orbi ostendere portenta ista tartarea in Aca-
demijs titulo theologorū regnantia. Nunc ratio temporis & sus-
cepti argumenti latius agere non sinit, alioqui & de dispensa-
tione uoti dixissem, in quo Papa abominabilis, sibi regnū arro-
gat, quod tñ agam, ubi de monachorū uotis scripsero, pro libe-
randa misera iuuentute, ab imunda ista castitate uotorum. Cō-
paremus itaq; hos duos dei & Papę decalogos, ut uideamus,
quā non aliter, sub noīe legis diuinę legem transfulerit, quā sub
nomine sacerdotij Christiani, sacerdotiū transtulit, & pro lege
dei, leges suas, pro sacerdotio Christi, sacerdotiū suum, id est, ab-
ominationem in loco sancto statuerit.

DECALOGVS.

D I V I N V S. P A P I S T I C V S.

- | | | |
|-------------------------------------------|-----------------------------------------------------------|----|
| 1. Non habebis deos alienos corā
me. | Dicito, nō habendos deos, sed
habeto deos alienos. | 1. |
| 2. Non assumes nomen dei tui in
uauum. | Dicito, nomen dei nō assumen-
dum, sed tamen assume. | 2. |
| 3. Sabbatum sanctifices. | Dicito, sabbatum sanctifican-
dum, sed operare. | 3. |
| 4. Honora parentes. | Dicito, parentes honorandos,
sed rebella & occide eos. | 4. |

antithesis le
gū dei & Pa
pę.

5. Non occides,
6. Non forniceris,

Dic nō occidendū, sed tñ occide
Dic non fornicandum, coge ta
men fornicari.

7. Non furtum facias,
8. Nō dices falsum testimonium.
9. Nō concupisces uxorem proxi
mi tui.

Dic non furandū, & furare.
Dic, nō mentiendū, sed mē tire.
Dic, non concupiscendum, sed
nega hoc esse peccatū.

10. Non concupisces rem proximi
tui.

Dic non concupiscendum, sed
scias licere concupiscere.

Uta & sacerdotia comparabuntur aduersaria sibi maxime,

SACERDOTIVM.

CHRISTIANVM.

PAPISTICVM.

Christus summus sacerdos,
Lex eius, gratia uitæ.
Sacrificiū, corpus uiuum.
Opera bona, seruire proximo.
Peccata, prædictorū omissio,
Pœna, mors æterna,
Merces, gloria æterna,
Ministri, prædicatores euangelij.
Vsus, crux læta,

Papa summus sacerdos.
Lex eius, traditio iuris canonici
Sacrificiū, eucharistia et pecūia
Opera bona, ceremoniæ.
Peccata, prædictorū omissio.
Pœna, excōmunicatio ficta.
Merces, pax & opes mundi.
Ministri, buccæ bullarū.
Vsus, mala conscientia.

antithesis sa-
cerdotiorū,
Christi et pa-
pæ.

Vides ex prædictis lector, me nihil falsi dicere de papistico & sacerdotio, & legislatione, atq; si hæc nō satisfaciunt, offero me paratū, adhuc pluribus cōuincere eos, ex proprijs eorū scriptis, esse tales, quales iam publice accuso. Scio ergo papam esse generationē ultimam mundi, quem iam cepit Christus interficere spiritu oris sui, destruetq; propediē illustratione aduentus sui, quē certissime expectamus & uocamus. Et cur non recreandi spiritus gratia, etiam sacra allegoria aliqua ludamus in istā abominationem, comparantes synagogam ecclesiæ?

ALLEGORIA SYNAGOGAE.

Fuere in synagoga, quæ insignius celebrantur. Primo, sanctum illud & legitimum a deo institutum sacerdotium Aaron.

Deinde sacerdotiū Bethauen vitulorū aureorū, erectū per Hieroboam. Ad hęc sacerdotia Excelsorū. Insigne etiā sacerdotiū Baal, per Achab institutū. Vltimo omnium teterrimū, cultus idoli Moloch. **I**nter quod uidemus mitissime omnium argui sacerdotia excelsorū, acerrime uero sacerdotiū Baal et idolum Moloch. Erāt præterea diuersorum idolorū uariæ idolatrię, ut Baal Phogor, Astarte deæ Sidoniorū. Itē idolorū Amon & Moab, sed nō ita diuturnæ, et uulgares. **I**gitur sacerdotes ueros oēs pie Christianos arbitramur, id esse in ecclesia, quod sacerdotes Leuitici erant in synagoga. Sacerdotes uero, collegiatos, & episcopos papisticos esse id, quod sacerdotes Bethel. Antiquos uero monachos, & Eremitas, sacerdotes excelsorū. Baalitas, religiosos posteriores, & medicantes fratres, Moloch autē, uniuersitates studiorū, quas & Gymnasia Epheborū, & græcas glorias uocat liber Maccabeorū. Atque ut illic multitudo eorū impleuit terrā, ut de tanto populo, Elie diebus, tantū septē milia fuerint reliqua, ita & hęc multitudo impiorū occupauit orbē, ut nō plures appareant modo ueri sacerdotes, quā tunc ueri prophetæ. **A**rguebant autē & illi a multitudine dicētes, Populus dei nō errat, sicut modo dicunt, Ecclesia nō errat, seu ut Hierem. xvij. eos recitat. Nō pibit lex a sacerdote, nec cōsiliū a sapiente, nec sermo a propheta. Siquidē & ueri Leuitici sacerdotes, & ueri prophetæ, & uere sapientes aliqui, cum illis errabant, & seducebantur, sicut & Christus dixit, in ecclesia sua uere Christianos, & electos esse seducendos, per multitudinem illam impiorum.

Videamus igitur nōia & ritus, ac primū sacerdotiū excelsorū nitentē exemplis patriarcharū, quod in locis illis deū adorauerant, Sic mulier samarititis Io. iij. arguit ab exēplo patrū, quod in monte Carisim adorauerant. Et in Amos, allegat Galgala, quod in eo loco circumcisi fuerint, & alij alia loca, nō multū absimili studio, quod etiā nunc solent loca erectis sacellis honorari & uisitari, in quibus sanctos aliquos fuisse conuersatos cōstat, ut est S. Vuolfgangi in alpibus, itē S. Meynardi, S. Galli, & multorū aliorū. Non malū opus, nisi usu tandē fieret malū exemplū superstitiōis & operū,

Excelsorū
sacerdotes.

Excelsa Iudeæ.

cōtra fidem, q̄ cōmunis ubiq; sanctificat oēm locū & personā
 exaltaret gloriā & opinionē. Quo significati sunt monachi illi,
 & Eremitę, qui sanctos uiros, externa cōuersatione imitantes,
 tandē fide posthabita, in sola specie operū illorū herent, & sese
 sacrificant deo, existimantes se deo perfectius seruire reliquis
 Christianis, cū sine fide agentes, multo sint peiores. Atq; hi ferē
 di sunt, dū fidem patrū imitant. Quales a principio S. Benedi
 cti, Augustini, Antoni fuere discipuli. Sic excelsa aliqua nō dif
 plicuerūt, ut illud in Gibeon maximū. iij. Re. iij. in q̄ Salomon
 sacrificauit. Et illud in q̄ Samuel moratus, Saulē unxit, q̄a in fi
 de agebāt, nō in solo externo patrū exēplo, sicut posteriores fa
 cere solent, Atq; hi oēs adhuc in p̄ceptis dei hypocrite sunt. Ex
 celsa enī ista, iustitię legis diuinę sunt operibus sine fide parte.
At sacerdotiū Bethel, nullius boni usus est, sed semp aduersus
 Leuiticū sacerdotiū. Ita sacerdotiū papisticū, q̄a traditiōib; ho
 minū cōstat, semper aduersat, nō tantū fidei et Christiano sacer
 dotio, sed & legi dei, ac Leuitico sacerdotio, iactantia tñ penes
 ipsos ē, q̄ soli sint ecclesia & populus dei, q̄a locus eorū Bethel,
 id est, domus dei uocat, qd̄ ppheta Oseas mutare ē ausus, & ap
 pellare Bethauen. i. domū iniquitatis seu doloris, hoc est, iustitię
 impię, q̄ cōscientias excarnificat, sed nō impune, nec sine san
 guine. Sicut si mō papistis ecclesiā iactantibus, nomē id mutes,
 & appelles eos synagogā Satane, id qd̄ uere appellant, sed non
 impune. Hereticus enī es, & exurēdus, q̄a ecclesiā sicut Oseas,
 Bethel, blasphemasti. Huic cōsonat & nomē Hieroboā, qd̄ in
 telligit author, mḡ, maior populi, ut cuius autoritas in poplo
 ualeret ad docēdū. Sic. n. papa de seipso dicit, ubi est maioritas, ibi
 est mandādī autoritas. Et maiorē se oibus, deniq; magistrū ec
 clesiarū, rabi scilicet populorū, hoc est, reuera Ieroboā facit. Vitu
 li aurei sunt, dogmata suo spū cōflata. Sacerrimū illud ius cano
 nicū, in q̄ non minus ueritatē pietatis iactat inueniri, q̄ ille olim
 iactabat, deū uerū in uitulis aureis coli. Cōstat em̄ dogmata per
 idola significari, multis locis scripturę, quod & uitelus aureus
 Aaron satis monstrat. Stilo enī formatū illū scribit Moses, id
 est, scripturis sacerdotum & pontificum sunt impia dogmata.

Monachi ue
teres.

Bethel.

Bethauen sa
marie.

Sacerdotes
papistici.

Sacerdotes
bethaueuini.

Hieroboam.

Vituli
auret.

Quod autē duos facit titulos, unū in Dan, ad aquilonē, alterum in Bethel, ad meridiē ponens, significat idolū Pape sibi arrogare (ut scribit) iura utriusq; imperij, coelestis, & terreni. Non solū em̄ cōscientias corā deo regere, sed & imperia & regna, & omēs res mūdī iudicare, trāsferre, & disponere præsūmit, in aquilone temporalīū, & meridiē spiritualīū rerū gloriosus. Dan em̄ iudicantē sonat, & est ius canonicū, ea parte, ubi crepat, iudicantiū thronos a sede apostolica sentētiās expetere. Bethel ꝑ̄o, ea parte, qua in tēplo dei sedet, aduersatus & elatus supra omnē deū. Templum enim dei, cōscientiā sunt, in quibus ille, posito idolo suo, regnat. Sunt igitur uitulorum, & Bethauen cultores, omēs isti sacerdotes rasurę, uncturę, & lōge tunicę, qui in ijs iuribus sanctissimi, deo seruiunt die & nocte. Ille est Hieroboam, de q̄ toties repetit scriptura, quod peccare fecit Israel, quia fidē extirpauit, & opera exalrat, quod est summum peccatorum.

Baal.

Monachi recentiores.

Achab.
Iesabel.

Samaria.

Sacerdotium uero Baal, deuotarium, imo impietati deuotū populum, & ut Elias ad Achab dicit, uenundatum ad faciendum malum, religiosos scilicet, substantialibus suis tribus uotis factos uxores ipsiusmet dei. Sibi enim arrogant proximū locū apud deum, propter uota sua. Achab dicitur frater patris. Et hoc hominum genus, non alio nomine se patitur nominari, quā fratres, patres, hoc est, Achabitę, uxor eius Isabella, seu Iesabel, cohabitaculum uel cohabitationem sonat, quasi spiritus diceret, Cenobitę, conuentuales, cohabitantes sunt isti fratres, patres. Baal uero idoli nomen, maritum proprie significat, seu uirum coniugem. Quia dogma eorum est, sese perpetuo uoto obedientię deo obstringere, deo non iubente, sicut uxor uiro obstringitur. In qua re differunt a priscis monachis & eremitis, qui patrum exempla libere sequebantur. Hi uero uoto sese maritant deo, ultra, imo contra fidem, in perpetuum. In Samaria autem uiget hic cultus. Quid est hoc aliud, nisi in extrema obseruantia locorum, uestium, ciborum, sicuti uidemus in eis fieri? Samaria enī, obseruantia uel custodia dicitur. Lanceis uero & cultris sese iucidunt ritu suo, dum statutulis & articulis indies

21.

nouis seipfos discrutiant, semper discentes, & nūquā ad ueritas scientiam peruenientes. Nam Achab cultu Baal, non putabat, nisi uero deo sese obseq, quod ex Osea patet, ubi dominus promittit, Non uocabit me amplius Baalim, sed Baali, id est, Non uocabit me uiri, sed uir meus, scilicet simplici & una fide, nō multis operum uarietatibus me colet. Ita & hi suis uotis, nō uident, ut sibi p̄s, non deo seruiunt, cū deo sola fide, non autē operibus a nobis electis seruii possit. Quicquid enim ille non mandat, & a nobis p̄s eligi, damnatū est per illud Deut. xij. Non facies q̄d tibi rectum uideat. Abunde enim p̄cepta sunt, quæ facere debemus, ut electicij nihil sit opus, quin Electicia semper aduersantur p̄ceptis dei, propter speciem suam, sicut Baal aduersat deo uero.

Vltimū est idolū Moloch, q̄d a Malach, id est, regnauit, uenire non est dubiū. Et seruus ille pontificis, cuius Petrus abscidit auriculā, Malchus uocatur, Regius scilicet ἡγεμὼ βασιλεὺς. Huius cultū describunt Moses, & Hieremias fuisse eiusmodi, ut filios ei igne exurerent, arbitrati scilicet deo maximū & summū obsequiū sese prestare, q̄d exemplo Abraham, filijs proprijs nō parcerent, nō modo nō uocati, sicut Abraham, sed etiā sine fide, & cū summa impietate, ideo nō deo, sed demonijs eos lustrasse filios suos, psal. lxxvij. testat. Quod enim illo uocante & mandante, nō fit, nō sibi, sed demonijs, qui hoc suggerunt, fit, quantūlibet nomē dei p̄textat. Academias ergo hic putabo figuratas, in quibus optima & electior pars iuuentutis Christianæ offert, quasi in holocaustū deo, ut ibi erudiant, & toti diuini fiant. Credit enim uulgus, non esse locum sub cælo, in quo possit iuuentus rectius institui, adeo ut & religiosi huc conuolent. Extra enim Academias didicisse, est nihil didicisse. In Academicis nō studuisse, est omnia nosse. Ibi diuina & humana omnia doceri putantur. Nemo enim huc filium mittit, alia opinione, quā quod non possit usquā melius mitti. Summum deo obsequium prestant, quod filios offerunt formandos, ad eruditionem pietatis, utiles futuros sacerdotes, p̄dicatores, rectores, qui toti fiant peculium

Moloch sacrilegæ, & maledictæ scholæ.

Moloch.
Malach.
Malchus?

Academie:
Vniuersitates?

dei, deo & hominibus necessarij. Huc pertinet nomē Moloch,
quod regem uel regitū significat, quod hoc genus studiū faciat in-
signitos gradibus, promotionibusq; & idoneos, ad regendū cœ-
teros. Videmus enī ex Academicis sumi oēs, qui ad gubernacu-
la admouent̄. Et qui nō est graduatus aut membrū uniuersita-
tis, non est qualificatus, ad ambonē, ad plebanū &c. (ut loquun-
tur) Coronet uero primū a sinus, & sic imperet. Et nō uident pa-
rentes, nec qui uident, curant, adulescētes hic pessimis moribus
perdi, nullo prohibente. Iā scortatio, comessatio, & alia manife-
sta flagitia, mitius perdunt. At quod imbuunt philosophicis, gene-
tilibus, humanis, impijs, & sacrilegis opiniōibus, hic est ille ignis
Moloch, nullis lachrymis satis deplorabilis, cū per eū ij maxime
deuorent & pereāt, qui sunt studiosissimi & pudicissimi in Aca-
demijs iuuenes. Tantus est furor dei super istam uallē Tophet
& Hinnā, ut ij peius pereant, qui plurima discūt, & modeste ui-
uunt, quā ij, qui nihil discūt, & libidinibus corrumpunt̄. Hi enī
nihil discunt, quod dediscendū sit, sciunt enī, sese male facere, illi
uero uenenū hauriunt, quod forte nunquā euoment, tenentes
pro bono, quod malū est, imbuturi & eos, quos docendos suscipi-
unt similibus opinionibus. Et ijs puteis abyssi imputandū est,
quod sol euangelij obscuratus est fumo putei. Ex isto enī fumo
prodeunt locustæ istæ, quæ oēs cathedras occupant, oīa guber-
nacula administrant, ut Academicis ab initio mundi Satanias
nihil excogitarit p̄sentius, ad uastandā fidem & euangelij toto
orbe, nec conueniebat hoc malum surgere, nisi in fine mundi,
cū iam ira dei grauatus mundus, peccatis præualentibus, ad
tartarum & damnationem suam appropinquasset. Talia enim
neceffe est audire populum miserum, qualia sui Molachitæ di-
dicerunt in Academicis. Didicerunt autē, non nisi summas blas-
phemias dei, ut ex decalogo papistico liquet. Nec licet alios pas-
tores, quā tales uspiam haberi. Apud Hieremiam uocat̄ uallis
illa Gehinnam, unde Christus sumpsit gehennam, quod quid
significet, non satis scio Ge. uallem sonat, Hinnam potest so-
nare uaria, quæ quia iudicare nō possum, omitto. Mihi a uerbo

Considerate
hec o Chri-
stiani adule-
scētes.

Quid Gehē-
na.

77. Ianah uenire uideret, quod significat depascere, deglubere, & attenuare, quomodo tyrāni uel usurarij deglubūt, & exungunt populū, ut sit Gehinnam, uallis deglubentiū eos, & depascentiū eos, qui cū populo præsint, uice pastorū, & eos pascere uerbo uitę deberent, pestilentibus uniuersitatū doctrinis, insensibiliter depascunt, & deuorant in corpore, rebus, & anima. Et tales quidē nobis dant Academię, synagogę illę perditionis.

Vides ergo, ut ecclesia synagogę per oīa respondeat hac allegoria, et quā pauci sint, qui ab his perditionibus seruari possint, cū huc non solū eant optimi, pingues, & quidquid aliquid est in ecclesia, sed & electi hic seducant. O miseros nos, qui sub hac nouissima, sub tot Baalitis, Bethelitis, & Molochitis, speciosissime fulgentibus, totū orbem deuorantibus, nomē ecclesię solis iactantibus, securi sumus, & ridemus, nec flemus die ac nocte sanguinis lachrymas, super contritione hac Ioseph pessima, & super interfectione filię populi nostri crudelissima.

In fine, si hęc oīa non mouent, sinant tñ a se impetrare me miserū, quotquot sacrifices missarū, qđ omni humilitate, & toto corde ab eis peto. Nempe ut saltē hoc concedant suę proprię salutis aliqđ remediū, ne inuiti sacrificēt aliquādo, aut intuitu census & cōmodi sui. Vtinā hoc saltē obtineam. Probet itaq; sese qđlibet, et ubi talē sese inuenerit, ut nullo modo esset celebraturus, nisi cogereſ uel timore amittendi sacerdotij seu prebende, uel infamię, & oblocutionis humanę, uel affectu capiundę (quā uocant) pſentię, uel qcunq; alio affectu, qui non sit fidei rectę. Hic (inquā) caueat, ne celebret, sed potius tota uita abstineat, si non pōt aliter, & mandata uel uerba hominū, ad celebrandū cogentia proflus cōculcet pedibus. Melius est enī hominū mandata cōculcare, in qbus nō potest peccari, quā incurrere in diuinę maiestatis tam salutare & uiuificū mysteriū. Neq; enī mundus premitur maioribus & pluribus peccatis, etiā si peruersitas deesset impj sacrificij, quā hac indigna celebratione sacrificū, & cōmunionē laicorū, toto orbe inundantissima. Fidei autē rectę affectus est, non accedere, nisi animo quærendę misericordię sit.

Crassiores abusus missar.

Pius usus eu-
charistię qđ sit.

& remissionis peccatorum, hoc est, esurire & sitire iustitiã. Esurientem enim & inanem animam requirit & replet hoc regale & magnificum conuiuium. Diuites, saturos, fastidiẽtes, aut hominum gratia, & pecuniã intutu, ueniẽtes dimittit inanes, imo cum Iuda tradit satanẽ ad eternam mortem. Non quod confirmatum uelim celebrandi negocium, sed cum præualente traditionum, & inolitã consuetudinis tyrannide, desperata sit catholica instauratio huius diuini testamenti, id saltem efficiamus, ut fide recta incedentes, minus peccemus, si forte cum errantibus electis tandem saluemur. Video enim quã plurimos incredibili tedio, alios autem perturbata, sua, atq; tandem contemptrice conscientia accedere, nihil quærentes, nisi ut opus ipsum perficiant, et debito sese liberent, aut lucro potiantur, aut ruborẽ euadant. O horrendam hanc & miserabilem præsumptionem.

¶ Et ut ad uos Vuittenbergẽ meos reuertar. Utinã apud uos saltẽ crescat & impleat scandalũ hoc pharisaicũ, & aliquẽ orbis papistarũ iactet & dicat, Ecce Vuittenbergẽ cessauit cultus dei, quiescũt uoces & organa, & nemo amplius celebrat, facti sunt oẽs heretici, Antichristiani & insani. O utinam mihi cõtingat audire, Rapaces istos rabidos, & blasphemos, q̄ latent. Nõne iste est Ezechias, qui abstulit excelsa & altaria dei, & dixit Iudæ & Hierusalẽ, Corã altari isto adorabitis. Rursum uos esse, q̄ cũ Esaiã subsannetis etiã dñm eorũ Sãnacherib, loquat̄ Syriace siue Iudaice. Missas q̄scere, & clamores horarũ silere mirabunt̄ papistæ, at charitatẽ seruientẽ proximo, & hostiã uiuentẽ corporis, ira, contemptu, libidinibus, luxu extingui ridẽt, sicut decepti papistarũ & sapientiã, & pietatẽ. Habetis & uos Bethauren quandã domũ illã omnium sanctorum, Sanctificationẽ principis Friderici, quã hæreditate accepit, & per papistas deceptus uehementer magnificauit & ampliauit. O quãti pauperes in ista regione, poterant tantis sumptibus iuuari, quos amicos sibi parasset de mammona iniquitatis, qui deficientem aliquando in æterna tabernacula recipere, ut hoc exemplo metuendum sit Principum & Heroum opes raro dignas esse, quẽ pijs causis ser-

uiant, quod raro & parte sint sine Nimrodi exemplo: Sed hoc
 uno uos p gratiā dei superbire potestis, qd princeps est minime
 tyrānicus, neq; stultus, neq; preceps, neq; sequus, tū ueritatis pa-
 tientissimus, & a temerarijs iudicijs abstinentissimus, non minus
 tamē & malis metuēdus, & bonis suspiciendus. Quarū rez p̄sta-
 dio, cū sitis opportune adiuti, tāto facilius uobis est p̄ficere, qd
 cepistis. Vocāte uos, p̄ has occasiōes deo, & manū suā porrigen-
 te. Celebris est in terris istis, me puero, s̄ape cantata prophetia,
 Esse redimendū sepulchrū dominicū p̄ Fridericū Imperatorē.
 Et ut mos est prophetiarū, que pro obscuritate ante implentur,
 quā intelligunt, tū longe in aliud spectāt, quā uulgo sonant, uis-
 detur mihi & ista, in hoc Friderico nostro impleta. Quod em̄ se-
 pulchrū dñi rectius intelligas, quā diuinā scripturā, in qua ueritas
 Christi, per papistas occisa, sepulta iacuit, custodientibus mi-
 litibus, id est, mendicantium ordinibus, & prauitatis hæreticæ
 inquisitoribus, ne discipulorum quisquam eam raperet? Nam
 sepulchrum illud corporale, quod Sarraceni tenent, non magis
 est curę deo, quā boues illi esse curę Paulus dicit. Negari autem
 non potest, apud uos sub Friderico isto, scripturam uiuam ueri-
 tatem resloruisse. Quid si ego gloriar, me uel angelum, uel Ma-
 gdalenam fuisse? At mouet forte, quod Imperator non sit. At
 quantum satis est, ad implendam prophetiam, nonne in comi-
 cijs Electorum, concordibus suffragijs, & designatus, & petitus
 est in Imperatorem, eratq; uere Imperator, nisi nolisset. Apud
 deum nihil refert, quamdiu fuerit Imperator, modo fuerit ali-
 quando. Ludere fortassis hic uideor. At ludam sane, quin & ad-
 dam, ut etiā insanīā, & admirabor, unde fiat, ut in isto abiecto
 angulo terrarū, deus uoluerit suscitare suum uerbū, tum quod
 præter Iudaicam terram, nulli parti terrarum accidisse putem, ut
 oppida & pagi, quin & ciues hebraicis nominibus uocentur.
 Vnde enim uobis, Ephrata, Hebron, Resen, Panneç, Globoc,
 Zidon, Iesse, Damascus, Dibon, & multa similia, tū ipsa Vuit-
 tenberga, a candore montis dicta, quid est nisi mons Libanus?
 Libanus enim candidum sonat. Sed satis hæc ad ludum.

Fridericus
 Dux Saxonie
 Imperator:
 electus.
 Sepulchrum
 domini.


serium est, esse uobis donatū præ cæteris, ut purā & primitiua
euangelij faciem uideatis, nunc quoniā & spirituū æmulatores
facti estis, uestrū est, eandem faciem proferre in lucē, & alijs q̄q̄
exemplo uestro spectandam prebere, tantū id curetis, ut unani-
mīter idem & sapiatis & faciatis, & mutuas manus porrigatis
sine disceptatione. Quod si quis infirmus est, olus manducet, et
manducantē non iudicet. rursus qui firmus est, non manducā-
tem non spernat. Cæterū, si aduersarij, uel etiā amici, qui res no-
uari a uobis ægrius ferent, pro humana illa prudentia, & ciuilia
tate malignius uestrū propositum interpretati fuerint, Scitote
quoniā nisi theatrum sitis deo, angelis, & hōibz, nondū Chris-
tiani estis. Quis enī omnīū obstruat os? Aut quis omnibus &
singulis propriam rationem reddat? Vetus prouerbiū est, eum
qui ædificat in publico, multos magistros habere. In omni spe-
ctaculo plures sunt spectatores, quā actores. Sint hominū uer-
ba, & maneant folia. Sint hominū iudicia, & maneant bullæ,
uos q̄d conscientia sc̄dm deū dicat, absq̄ personarū respectu
sequamini. In hoc enī uolui hanc epistolam libro non uno pro-
lixiorē ad uos confirmandos mittere, ut cooperator, &
particeps fierem uestri spiritus in Christo. In quo si
non frustra laboraui, gratias ago domino, qui
uos multiplicet, augeat, & seruet in cogni-
tione Iesu Christi, domini nostri, cui
est gloria in omnia secula secu-
lorum. Amen. ✠

Scitis, Ada-
gium,

+ + +

+ +

+



1480389